phus testatur. Continue enim ex omni natione cõtra hie/

rusalem:gentes libenti animo fluxere. quod in assiriorũ ex ercitu nullo modo scriptum reperitur. Dixerit autem ser monem propheta ad ariel:quod est templi altare:vt ciuita tem ipsam. Sicut rabi dauid ait.pro eo intelligeret. Et hac lamentatione cum hierusalē facta:aduersus inde viros se propheta vertens.subsequenter ait. Os stupescite ⁊ admi ramini. Fluctuate ⁊ vacillate ; inebriamini ⁊ non ex vino: moueamini ⁊ non in ebrietate:quasi ipsos excitare vellet: vt ex ipsismet admirarentur : cognoscerentq̃ eorum ebrie tatem a vino.i.naturalē nõ esse.sed a deo qui eis propter malam ipsorum vitam spiritū soporis miscuit: oculosq̃ eo rum clausit:ne viam salutis cognoscerent:ipso dicēte. quo niam miscuit vobis dñs spiritum soporis. Huius deinde a deo causate cecitatis causam assignans. propheta subdit. Est enī vobis visio omnibus.sicut verba libri signati:quē cum dederint scienti litteras:⁊ dicent.lege istum.responde bit:non possum.quia signatum est.⁊ si dabitur liber nesciē ti litteras:diceturq̃ ei:lege hunc:⁊ respondebit nescio litte ras:quasi diceret:q̄ illud cuius causa in id inciderunt fuit quia nemo ipsorum doctus esset.seu ignarus prophetarū dicta recte intelligere cupiebat.erat enim illis visio.et pro phetia ipsorum.sicut est de libro signato: quem si scienti lit teras dabunt:ne id quod in eo continetur: alij intelligant: dicet non possum eum legere . quia signatum est. Si vero ro non scienti litteras liber ostendaf. diceturq̃ ei. lege hūc respondebit non possum. Non enim litteras scio. vnde quē admodum liber ille eo modo nunq̃ legetur. sic ⁊ propheta rum dicta vt rabi dauid ait. Simili modo ab eis:neq̃ a do ctis neq̃ ab ignaris vnquam intelligebatur. docti enim no lebant:vt prophetie proprio sensu ab ignaris intelligerent: ignari vero ipsas intelligere nesciebant. Quãobrem subdit propheta.et dixit dñs eo q̄ appropinquat populus iste:

ore suo et labijs suis glorificat me. cor autẽ eius lõge est a me: ⁊ timuerunt me: mãdato homĩ edocto. i. postq̃ popul⁹ iste ore et labijs ad me se appropinquat. nõ autem corde: vt deceret: quod quidẽ pro doctis dixit. me quoq̃ manda to hominũ edocto timuerunt. Non enim alio mõ me obser uant: nisi quo a doctis ipsorum instruuntur. quod pro igna ris consilia praua maiorum sequentibus dixit. Ideo ecce ego addam: vt admirationẽ faciam populo huic miraculo grandi ⁊ stupendo ⁊ peribit sapientia a sapientibus eius: ⁊ intellectus prudentiũ eius abscondetur. volentibus enim arte industriaq̃ mecum viuere. Ideo ecce ego in eis mira culum adeo grande ⁊ magnum faciã: cuius causa eorũm sa pientia ⁊ industria sic peribit: q̃ eis amplius nõ valebit: et hoc de miraculo magno: et grande xp̃i ihesu intellexit. in q̃ phariseorum sapientia perijt. Quãobrem ve q̃ profundi estis corde: vt a dño abscõdatis consilium: quorũ sũt in tenebris opera immediate sequitur: quasi dicat. si opus illud a me fie ri impossibile putatis: cum in vestra doctrina fundati sitis: credistisq̃ sicut a vobis possit a me abscondi. amen dico vo bis q̃ fundamentũ vestrum nullũ est. Nã apud me similes vos estis: luto in manu figuli: dicẽte propheta: peruersa est hec vestra cogitatio: quasi lutum cõtra figulum cogitet: et dicat opus factori suo: non intelligis: et vlterius dico q̃ iã adhuc in modico et in breui cõuertetur libanus in charmel et charmel in saltum reputabit. per que verba fidei mutatio a maiori parte vestruz in alias gentes denotare voluit. Est enim carmel vt rabi dauid ait: ager herbas ⁊ paruas arbo res tantũmodo producens: quare dixit q̃ libanus quo mag ne arbores sunt: cui iudeos qui fideles erant assimilauit in charmel erit. ⁊ ẽ contra charmel. s. gentes: que absq̃ fide vi uebant: erit in saltum. qd̃ quidem per subsequentem particu laz clarius ostendit: dicentem ⁊ audiẽt in die illa surdi ver

ba libri:et de tenebre et caligie oculi cecoꝝ videbūt. Post
q̄ eni3 ipa vestri sapientes intelligere nolunt: neq3 ab igna
ris vestris intelligi permittunt:ideo ꝛ ego faciā vt a surdis
qui nunq̄ legem audiuerunt:ꝛ a cecis verba libri mei audi
antur:intelliganturq3.eoꝝ enim oculi de caligine videbunt
Cum autem mutatio hec in vobis vniuersalis esse non de
bebat.sed aliqui boni a deo illuminati in veritate permansu
ri erant subsequenter ait. Et addent mites in domino leticī
am:et pauperes homines in sancto israhel exultabunt:qd̄ ꝑ
apostolis alijsq3 christum sequentibus: qui eius aduētu nō
parum letati sunt:necessario dixit:necnon post eius morte3
cum illi qui in populo preualebant.sc3 scribe et pharisei per
titi manus defecerunt gauisi sunt.quare subdit quonia3 de-
fecit.qui preualebat:consumatus est illusor : ꝛ succisi.sunt
omnes qui vigilabant super iniquitatem culpantes homin̄e
in verbo:et arguentem in porta reum facientes:ꝛ declinare
fecerunt inane iustum:que verba:si recte iudicabitis : qua-
cunq3 expositione vestrorum super eis accepta omnes fere
iudeorum aduersus christum errores explicare dicetis. In
quit enim quoniam defecit qui preualebat. id est scribe et
farisei:qui populo ne ipsum sequerentur minis preualebāt.
et consumatus est illusor.scilicet illi qui ipsi illudebant. pa-
ri quoq3 modo:et omnes qui super iniquitatem vigilabant
succisi sunt:qoud pro illis qui vt ipsum manibus suis habe
rent omni studio et diligentia vigilabant:ꝛ laborabant:di-
xit:qui ipsum de alio accusare non potentes: in verbo cul-
pauerunt:dicentes ipsum mortis reum esse se dei filium fa-
cientem ex verbo generatum. Quare dixit culpantes ho-
minem in verbo. Preterea cum eos in porta. id est palam
arguere volebat ipsum suis verbis condemnare querebāt
ea:et plura alia presidi referentes. pro quo dixit. et arguen
tem in porta reum facientes.ita q̄ suum intentum obtinen

tes ipsum inane: cum iustus esset: crucifixerunt. Quamobrem et declinare fecerunt inane iustum. propheta inquit. Quod autem per vestrosmet expositores clausule iste sic intelligende sint: dubitare non debetis. Nam super ea clausula: et addent mites in domino leticiam: dicunt illud esse debere: quoniam maios in angustia: prout propheta predicit videbunt: ipsique in honore et tranquillitate erunt. clausulam vero illam: quoniam defecit qui preualebat sic aptant. quia defecerunt illi qui taliter preualebant: vt loquendi reprehendendique coram ipsis facultatem non haberent. dicuntue super illa culpantes hominem in verbo: quod respondentem ipsos culpam committere dicebant: et per arguentem in porta: reum facientes dicunt: q ille qui in porta eos arguebat: faciebant ipsum reum per verba sua: quibus etiam a seipsis inuenta plura falsa addebant: de quibus ipsum regi accusabant: donec quis iustus esset: declinare faciebat. Demum ex hijs propheta expeditus: cum per ea: patres patriarche confundendi erubescendique essent. ob peccata enim filiorum: eorum fedus delebatur. subsequenter ait. propterea hec dicit dominus ad domum iacob: qui redemit abraham: non modo confundetur Jacob: nec modo vultus eius erubescet: quia cum viderit filios suos: opera manuum mearum in medio sui sanctificantes nomen meum et sanctificabunt sanctum Jacob: et deum israhel fortem predicabunt. et scient errantes spiritu intellectum: et musitatores dicent legem. Per que verba cum illis qui christum sequi debebant: eiusque electis: patriarchas propheta confortabat. quibus mediantibus illi qui errantes spiritu: sine fide viuebant: debebant per predicationes eorum intellectum scire: legemque libenter discere: quod dictum ad gentes etiam refertur. ¶ Vos autem si in christi ihesu aduentu prophetiam per oes suas partes verificatam indubitate Concordia cum euangelio

videre vultis euangelistarum testimonia: que vobis hic re
Mattheus citabo. Audite, inquit, n. ihesus Mathei. xxi. ad sacerdotes
⁊ phariseos loquens. homo erat paterfamilias: q plātauit
vineam: ⁊ sepe circumdedit ei: ⁊ fodit in ea torcular: et edi-
ficauit turrim: et locauit eam agricolis: ⁊ peregre factus est
cum autē tēpus fructū appropinquasset: misit seruos suos
ad agricolas; vt acciperēt fructus eius: ⁊ agricole apphen
sis seruis eius; alium ceciderunt: alium occiderunt: aliū ve
ro lapidauerunt. iterū misit alios seruos plures prioribus
⁊ fecerunt illis similiter. nouissime autē misit ad eos filium
suum; dicens verebuntur forte filiū meū. agricole autē vidē
tes filium; dixerūt intra se; hic est heres: venite occidamus
eum: et habebimus hereditatē eius ⁊ apprehensum eū eie-
cerunt extra vineam; ⁊ occiderūt. Cum ergo venerit domi
nus vinee; quid faciet agricolis illis: aiunt illi: malos male
perdet; et vineam suam locabit alijs agricolis; qui reddant
ei fructus tēporibus suis. dicit illis ihesus: nunquā legistis
in scripturis lapidem quem reprobauerunt edificantes: hic
factus est in capite anguli: a domino factum est illud: et est
mirabile in oculis nostris. Ideo dico vobis: quia auferet a
vobis regnum dei; ⁊ dabitur genti facienti fructus eius; et
qui ceciderit super lapidem istum confringetur. super quem
vero ceciderit conteret eum; ⁊ cum audiuissent sacerdotes
et pharisei cognouerunt q de ipsis diceret; ⁊ querebāt eū
tenere ¶ Nec non pars illa. Ecce ego fundabo in syon lapi
Apostolus dem. ⁊ reliqua. Ab apostolo Paulo ad Corinth. x. etiam
approbatur dicente. Bibebant autē de spiritali cōsequente
eos petra. petra autē erat xp̄s. ¶ Super parte vero illa. Et
Johannes ponam iudicium in mensura; ⁊ iusticiam in pondere. testat
Johannes capi. xvij. qui dicit. ⁊ cū venerit ille. arguet mū-
dum de peccato; ⁊ de iusticia ⁊ de iudicio. q autē pro eius
morte dei fedus vobiscum deletum sit. Quapropter ruinis

& flagellis in conculcationem dati estis. super hoc experientia ipsa testimonium perhibet. Semper enim post christi mortem: de malo in peius processistis: quodq3 tale opus peregrinum sibi: alienumq3 fuerit: ipsius ihesu protestationes: eiusq3 pro vobis in cruce rogatio: testes sunt. ¶ De mutatione vero fidei a vobis in alias gentes: vltra auctoritates vobis iam sensui patet. ¶ Cum particula vero illa. Et addent humiles in domino leticiam. & reliqua. Matheus capitulo. v. conuenit dicens. Beati pauperes spiritu: quoniam illorum est regnum celorum. quod autem ex eo: quia se esse filium dei ihesus dicebat: iudei ipsum culpauerint: eumq3 interficere quesierint: per Johannem habes. x. dicentes. Ego et pater vnum sumus. sustulerunt ergo lapides iudei: vt lapidarent eum. Respondit eis iesus: multa bona opera ostendi vobis ex patre meo: propter quod eorum opus me apidatis. et responderunt iudei. de bono opere non lapidamus te. sed quia tu homo cum sis: facis te deum. & de hac particula: & de alijs plerisq3 locis: euangelia testimonium perhibent: que breuitatis causa dimitto. ¶ Vos autem postquam a patribus vestris eorum pertinacia huc ducti estis: ipsos imitando in ruina vestra adhuc perseuerare nolite. Sed de tenebris & caligine: pro vestra salute: oculi vestri aperiantur: quod vobis deus sua pietate concedat. Matheus Johannes

Prophetia sexta.

Dem Esaias capi. xxxv. inquit. Jesusim midbar vezia vetagel barana vetifrah cabanazalet paroab tifrah vetagel afgilat veramnen canod balleuanon nittan la badar baccarmel vehasci aron hema irru chenod adonai badar elohenu. hazzecu ladaiz raphot vbircaim coscelot amniezu imru lenimbare leu Hebrea littera.

bizcu al tirau binue elobechem nacā iauo gemul eloim bu iauo ueioscibachem. az tippacabna bene biiurim ueozne herescim tippachabna: az idaleg chealal pisseab uetarō le scion illē chi nibechebu bammidbar maim umbalim baba- raua uebaia basciarau laagam uezimmaō lemabube maim binue tannim ribza hazir lecane uagone. uebaia sciam maz lul uadereb uedereb hacodesc iccare la lo iabaurennu ta- me uebu lamo: bolec dereb ueeuilim lo idbu. lo ibiie sciam arie ufriz baiot bal iabalenna lo timmaze sciam uebalebu geulim. ufduie adonai iesciuun ubau sion berinna uesimb ad bolā bal rosciam sason uesimba iassigu nasu iagon uea- naba.

Latina littera. ¶ Latine: letabitur deserta: ⁊ inuia: ⁊ exultabit so litudo: ⁊ florebit quasi rosa: florendo florebit. ⁊ exultabit etiam letabunda laudans gloria libani data est ei decor car meli ⁊ sciaron ipsi videbunt gloriā dñi decorem dei nostri. Confortate manus dissolutas: ⁊ genua debilia roborate. dicite pusillanimes: confortamini ⁊ nolite timere: ecce de- us vester ultione veniet: retributione dominus: ipse veniet ⁊ saluabit uos. tunc aperientur oculi cecorum: ⁊ aures sur- dorum patebunt: tunc salliet: sicut ceruus claudus. ⁊ cane- bit lingua mutorum. quia scisse sunt in deserto aque: ⁊ tor- rentes in solitudine. ⁊ que erat arida in stagnum: ⁊ sitiens in fontes aquarum. in habitaculo quo dracones accumba- bant. orientur senum: calami: ⁊ iunci. ⁊ erit ibi semita ⁊ via. ⁊ via sancta vocabitur ei. nō transibit per eam pollutus: sed erit eis: ita q̄ iter agens. nec stulti errabunt in ea. non erit ibi Leo: ⁊ praua bestiarum non ascendet per eam: nec repe rietur ibi. ⁊ ibunt qui liberati erunt ⁊ redempti a domino: conuertentur ⁊ venient Sion cum cantu ⁊ leticia sempiter na super caput eorum. gaudium ⁊ leticiam obtinebunt. ⁊ fu gient dolorem ⁊ gemitum.

Judeorum expositio

¶ Hanc prophetiam: cuȝ prophetie ruinā Edom explicātis contigua sit. doctores vestri Romam que christiane religionis caput existit: per Edom intelligentes: omnes vnanimes sic exponunt. dicunt enim ex romanorum ruina inde os letandos esse. eoquia inde eorum salus argumentatur. Ad destructionem enim vnius: alterius releuatio sequi aiunt. ⁊ hoc fundamento habito prophetie discursum sic aptant. Nam letabitur dicunt Hierusalem: que deserta nunc ⁊ inuia est: per Rome destructionem: necnon florendo florebit ⁊ letabunda. Reuertētur enim ad eam filij sui qui gloriam domini ⁊ decorem dei nostri videbunt. Cuius causa prophetis mādatum fuisse volunt. ut per partem illam. Cōfortate manus dissolutas. ⁊ reliqua. ipsos confortarent. ob longam enim captiuationem ad talem dispositionem deuenere. Fundamentum autem confortationis: ex particula illa capi dicunt: videlicet. Ecce enim deus vester vltione veniet: quam Edom attribuunt. veniet: enim contra ipsum: et vos a captiuitate saluabit. cuius aduentu oculi cecorum aperientur: ⁊ aures surdorum patebunt: ⁊ reliqua. que pro iudeis: qui tanq̄ ceci: surdi: claudiq̄ȝ in captiuitate existunātur: methaphorice dicta fuisse aiunt. Causam autem huius restitutionis sensuum esse dicunt: miracula que eis in itinere fient. de scissione scilicet aquarum in deserto: ⁊ reliqua. que ut comode pertransire possint: tunc miraculose fient. ⁊ sic redempti a domino conuertentur: hoc est reuertentur in sion cum gaudio. ⁊ reliqua.

Confutatio ipsorum.

¶ Quorum opinionem si recte perscrutati eritis ipsos in voluntate plusq̄ȝ ratione fundari dicetis. Scitis enim per idumeos: Romanos: prout ipsi volunt: intelligi minime posse. Nam ut Genesis habetur Tricesimoseptimo. Esau qui Edom cognominatus est in monte Seir habitationem fecit

quem montem in exitu israhelis de egypto: transeundo in-
uenerunt. Numeri. xx. scriptura dicente: misit in terra nun-
cios moyses de cadesc ad regem edom: qui dicerent: hec
mandat frater tuus israhel & reliqua. inter egyptum ergo &
promissionis terram; romam sitam non esse nulli dubium
est. Nec ex eo quod in hijs prophetijs contiguitas sit: ea-
rum colligantia necessario sequitur. Sepenumero enim p-
phetias messie mysterium predicantes: inter alias alterius
propositi a prophetis misceri videmus. & esaia pcipue qui
nusquam ad alia taliter se vertit: quin de messia aliquid lo
quatur. Attamen si huic continuationi aliquam causam as-
signare vellemus. nullam magis conuenientem q̃ inmen-
sam maliuolentiam que ob raptã benedictionẽ inter edom
et israhel ab initio fuit. Sicuti genesis. xxvij. scriptura testa
tur: dare possumus. Dico itaq; q̃ quemadmodũ ex ipsius
prophetia discursu aperte colligitur: pro iudeis in syon exi
stentibus: partim bonis; partimq; malis hic propheta lo-
quitur. necnon et preteritarum que de paucitate iudeoꝝ
qui christi euangelium recepturi erant: mentionem faciunt
consecutiua est. ex ea enim illa modica portio que ipsum ex
pectabat: per partem illam. Confortate manus dissolutas
et reliqua. cum proprij dei aduentu confortantur. prophe-
ta dicente. Ecce deus vester vltione veniet retributione
dominus ipse veniet et saluabit vos. Sciti s enim dictionez
illam hu: latine ipse propria deum significare. Prout etiam
ab esaia ipso capitulo. xlij. ex particula illa. ani adonai hu sci
mi: latine. ego dominus ipse est nomen meum clare habet.
Ex parte quoq; illa: tunc aperientur oculi cecorum. id q̃
vobis in prohemio dixi verificatur. Nam de erroribus ve
strorum rabi vnus est. quia figuras pro eorum proposito tã
tum admittere volunt. vt enim christi miracula negent pro
phetiam hic methaphorice loqui aiunt. Ego autez dico vo

Catholica ex-
positio.

bis qꝫ si volumus littere sensum capere per eam partem: mi
racula quedam que per christum fienda erant propheta ex
plicare intendit. Si vero methaphorice prout ipsi volunt:
dico gentes que ante christi aduentum tanquam ceci: sur-
di: claudiqꝫ: fide priuate viuebant: per ipsam vocare: vn-
de prophetie discursus sic exponendus est. Letabitur enim
hierusalem que ob malam iudeorum vitam quasi discreta
et in via manebat. per christi aduentum quo mediante illo
rum maiorum ruina sequetur. Bonorum autem exaltatio
quare confortate manus dissolutas: ꝛ reliqua. propheta ait
Spiritus enim propheticus prophetis clamat: vt eos qui
ob brachium maiorum manus habebant dissolutas: cum
dei vitione qua contra illos venire debebat confortarent:
qua quidem particula cum prophetia secunda Deutero-
nomiꝫ vbi contra verba sua recipere nolentes deum vltiõe
venturum esse habetur. propheta conuenit. et quemadmo
dum per illam ex ea parte dicente: qꝫ si tacita cogitatione
responderis: quomodo possum intelligere verbum quod
dominus non est locutus: hoc habebis signum quod in no
mine domini propheta ille predixerit: et non euenerit: hoc
dominus non est locutus: veri christi aduentus perscribit.
sic ꝛ per istam: per miracula que ab ipso dei patris nomine
de illuminatione. scilicet cecorum restitutioneqꝫ aliorum de
perditorum sensuum fienda erant: id idem habetur. cuꝫ enim
cuncta que dei patris nomine dicet. euenient. omnes qui i
eum non credent: merito puniendi erunt. vtrisqꝫ autem bo-
nis scilicet et malis propheta simul sermonem dirigens. in-
quit. Et erit ibi semita et via: et via sancta vocabit' ei: hoc ẽ
ibi in signis illis per ipsum fiendis: semita et via sancta: ip-
sos ad salutem ducens erit: per quam viam mali non tran-
sibunt. Non enim per ea miracula veritatem cognoscent.
quare dixit. non transibit per eam pollutus. sed erit tantum

eis bonis scilicet sibi credentibus: modo tali q̃ iter agens: hoc est simpliciter ambulans: ꝛ stulti scilicet vitiis priuati per eam non errabunt. Quapropter ꝛ redempti a domino conuertentur: ꝛ reliqua. Propheta subsequenter ait. innu es per ea verba q̃ boni illi qui de malorum manu a domino redimendi erant. debebant ad felicem statum conuerti: et in syon vbi ob brachium malorum prius cum timore sta bant. gemitu et dolore tunc amisso cũ cantu postmodum venire debebant.

Concordia cũ euangelio ¶ Prophetiam autem per omnes suas partes in christo ihesu verificatam esse per euangelia testimonium habetur. Ipsum enim pro bono et saluatione bonorum in syon venisse: a Johanne habemus capitulo primo dicente. Quot

Johannes quot autem receperunt eum: dedit eis potestatẽ filios dei fieri. ꝛ parte illa. Ecce deus vester vltione veniet retributi

Johannes one dñi: ipse veniet ꝛ saluabit vos. Idẽ Johãnes. c. xij. inqt Qui credit in me n̄ credit i me: s3 in eũ q̃ misit me: ꝛ qvidet me: videt eum qui misit me: ego lux in mundo veni: vt om nis qui credit in me in tenebris non maneat: et si quis audierit verba mea et non custodierit. ego non iudico eũ. nõ enim veni: vt iudicem mundum: sed vt saluificem mundũ: qui spernit me: et non accipit verba mea: habet qui iudicet eum: sermo quem locutus sum ille iudicabit eum ¶ De miraculis autem ab eo factis si partem illam: tunc aperientur oculi eorum. et reliqua. litteraliter intelligere volumus euangeliste omnes miracula ipsa recitantes testimonium ꝑhibent. De hiis tamen que in prophetia continentur.

Lucas. Lucas capitulo septĩo ad litteram loquitur. Inquit enim quia ceci vident: claudi ambulant: surdi audiunt. vbi paulo post sequitur. et beatus est quicunq3 non fuerit scandalizatus in me quam beatitudinem vobis deus sua misericor

dia concedere non dedignetur.

Prophetia septima

Isaias capitu. xl. inquit. Nahamu nahamu hammi iomar elohehem. daberu hal leu ierusalaim vechirru eleaha chi malea zeuaa chinirza hauona chi lacheha miad adonai chiflaim behol hattoteha col core bamitbar pannu dereh adonai iasceru baharaua mesilla leboheun. col ge innase vecol har uegiuha iscpalu vehaia hehacou lemiscior veharehasim lebicha venigla chebuod adonai verau col busar iahdau chi pi adonai diber. col omer chera veamar ma ecracol habbasar hazir vecol hasdo chezis hassade. iauesc hazir nauel zis chi ruah adonai nascena bo achen hazir haham iauesc hazir nauel zis vduar eloheuu iacu lebolam hal har gauoha hali lah meuasseret zion harimi baccoah coleh meuasseret ierusalaim harimi al tirai imri lehare iehuda hinne elohehem. hinne adonai elohim behazac iauo vsrobo moscela lo hinne sebaro itto vsbullato lefanu. cherohe hedro irhe bizrobo iecabez telaim vbheco issa halot ienahel. mi madat besciabolo mai vesciamain bezeret tichem vehal baccialisc hafar haarez vesciacal bappeles harim vghabot bemoznaim. mi ticehen et ruah adonai veisc hazato iodihennu. et mi nohaz vainehu vailamedehu beorah miscpat vailammedehu da hat vedereh teunnot iodihennu. hen goim chemmar middeli vhsciahac moznaim nehsciau hen igim cadac ittol vluanon en de haher uehaito en de hola. col hagoim caain negdo meefes vetohu nehscieu lo. happesel nasah harasc vezoref hazahau ieracchehennu vrtucot

Hebrea littera.

bennu vrtucot chesef zoref. hammesiccam teruma bez lo incau iubar; barasc babam ieuacchesc lo lebabin pesel lo immot. balo tedebu balo tiscmebu balo bugat merose labem balo bauinotem mosedot baarez. baiosceo bal bug baarez veiosceueba cabagauim bānote cadoc sciu maim vaimtabem caobel lasciauet bānoten rozenim leain sciotete erez chetobu basa. af bal notabu af bal sciorasc baarez gizbam vegam nasciaf bebez veiuasciu vsbura checasc tissaez. veel mi tedammeiuni veescue iomar cadosc. seu marom benebem vrrumi bara elle hammozi bemispar zeuaam lenbullam besciem icra merou ouim veammiz coab isc lo negdar. lamma tomar iabacou vddaber israbel nistera dar chi meadonai vmeelobai miscpati iabanor balo iadag tasim lo isciamagta elohe golam adonai bore chezot baarez lo igaf velo igab en begber litbunato. notē laiabef coab vlenoniz gozma iarbe. veigafu naparim veigabu vbaburiz casciol iccascielu. vecoue adonai iabalisu coab iagalu euer can nesciarim iarnzu velo igagu ielebu velo igafu.

Latina littera. ℭ Latine; consolate consolate populum meum dicit deus vester. loquimini ad cor hierusalem: et dicite ad eaz. quoniam completum est tempus eius: completa est culpa eius suscepit enim de manu domini duplicia: pro omnibus iniquitatibus suis. Vox clamantis in deserto: parate viam domini; rectā facite in solitudine semitam deo nostro. omnis vallis exaltabitur: et omnis mons et collis humiliabitur: et erit obliquum in directum et aspera in collem: et reuelabitur gloria domini et videbit omnis caro pariter: quoniam os domini locutum est. vox dicit; clama et dixit: quid clamabo; omnis caro fenum; et omnis misericordia eius quasi flos agri. esiccatur fenum cadit flos qñ spūs dñi insufflat in eum: profecto; fenuz est popul⁹. esiccatur fenū cadit flos verbum autem domini stabit in eternum. sup mōtē excelsū

ascende tibi euangelizans syon exalta in fortitudine vocem tuam: euangelizans hierusalem exalta noli timere. dic ciui tatibus iude. ecce deus vester. ecce dominus deus in forti. tudine veniet: et brachium suum dominatur ei: ecce merces eius cum eo: et opus illius coram illo. sicut pastor gregem suum pascet in brachio suo congregabit agnos: Et in synu suo leuabit fetas passim ducet. quis mensus est pugillo aquas et celos palmo aptauit: et mensus et mensura puluerem terre: et liberauit in statera montes et colles in bilancijs: quis adiuuit spiritũ domini: aut quis cõsiliarius eius fuit. cum quo iniit consilium et instruxit eum et docuit eum semitam iusticie: et erudiuit eum scientia et viam prudentie ostendit illi. Ecce gentes quasi stilla situle. et quasi puluis bilãcie reputate sunt. ecce insule quasi leue quod piciet. et libanus nõ sufficiet ad succendendum: et animalia eius non sufficient ad holocausta. omnes gentes quasi in nihilum coram eo et minus nihilo et inane reputate sunt apud eum. Cui ergo simi lem facitis deum. aut quam imaginem ponetis ei. Nunquid sculptile quod blandiet faber aut artifex figurabit illud: et laminis argẽteis argẽtarius. pauper aũt miscbinus lignũ imputribile eliget: artificem quoque sapientem queret sibi: vt statuat similitudinem ne moueatur. Nunquid scitis. nunquid auditis: nonne ab initio annunciatum fuit vobis. Nunquid non intellexistis fundamenta terre. qui sedet super girũ terre et habitatores eius quasi locuste qui extendit velut cortina celos: et extendit eos. sicut tabernaculum ad inhabitãdum. qui dat principes quasi nõ essent iudices terre velut inanes fecit. ac equidem si neque plantati neque sati essent: neque radicatus esset in terra truncus eorum: etiam flauit in eos et aruerunt et turbo quasi stipulam auferet eos. et cui assimi latis me: et ero sibi equalis dicit sanctus. Leuate in excelsũ oculos vestros: et videte quis creauit hec qui educit in nu-

mero malitiam eorum: et omnes ex nomine vocat: pre multitudine fortitudinis et roboris virtute vsqz vnum non deficit. Quare dicis iacob & loqueris israhel abscondita est via mea a domino: et a deo meo iudicium meum transibit: nunquid non sciuisti: aut non audisti: deus sempiternus dominus qui creauit terminos terre non deficiet neqz laborabit: nec est inuestigatio sapientie eius: dat lapso virtutem: et hijs qui fortitudinem non habent; robur multiplicabit: et deficient pueri et laborabunt et iuuenes ruendo ruent. Sperantes autem in domino mutabunt fortitudinem: assument pennas sicut aquile: current et non fatigabunt ambulabunt & nō deficient. ¶ Hanc quoqz prophetiam doctores vestri pro messia dictam fuisse aiunt in qua vt eorum errores vobis clarius pateant meiusqz corrigi possint: ipsorum dicta ad litteram recitando procedam. ¶ Exponitur enim a rabi salomone dicente; psolate psolate populū meū vos pphete dicit dominus. quoniam tempus captiuitatis eius completum est: completa est culpa eius: quoniā ab ea placatus sum. suscepit enim de manu domini punitionem in duplum pro peccatis suis. vox clamat in deserto. scilicet spiritus sancti versus hierusalem: que dicit parate viam domini. suam enim captiuitatem in eam conuertere faciet. omnis vallis exaltabitur: montes vero humiliabuntur: ita q̄ via plana: recta et equalis erit. vox scilicet dei dicit mihi clama. spiritus autem meus dicit ei: quid clamabo. at ille clama inqt. omnis caro fenum. hic enim finis eius est. Idcirco esto q̄ aliquam faciat misericordiam; quasi flos agri facillime cadens repntatur. Nullam enim de sui pmanentia homo certitudinem habet. verbum autem domini in eternum stabit eternus nanqz ipse est et omnipotens; ideo omnia potest. Propterea super montem excelsum ascende tibi euangelizans syon. ex ore enim in eternum viuentis euangelij pmis

Iudeorum expositio

Rabi salomon.

sio erit. in fortitudine veniet super gentes. scilicet vt ipsas puniat. ecce merces eius cum eo est pro iustis preparata. & opus illius videlicet operis precium quod eis daturus est sicut pastor qui gregem suum pascit: et in brachio suo congregat agnos: & in synu suo portat eos. Quis mensus e͂ pugillo aquas et reliqua vsq3 ad clausulam illam: et colles in bilancijs que omnia facere potestatem habuit. quanto magis promissiones has obseruare poterit. Quis adiuuit spiritum domini: et quis est ille qui consiliarius suus esse posset. Ecce enim gentes quasi stilla situle coram eo reputate sunt: quo modo ergo ipse ipsum docere possent. et libanus non sufficiet ad succendendum: vt peccatis gentium deus parceret. pari quoq3 modo. et nec animalia ei⁹ ad holocausta sufficerent. omnia enim hec coram eo in nihilum reputata sunt. Nunquid sculptile quod blandiet faber: hoc est faber idolum faciens: ipsum ferreum aut ereum facit. Artifex deinde auro seu argento blandiet ipsu3 atq3 figurat. qui autem ipsum ligneum facere vult: vt imputribile lignu3 eligat aduertet. nunquid ergo intellexistis fundamenta terre. id e͂ illum qui fundauit terram: vt sibi seruiatis: qui sedet super girum terre: et habitatores eius quasi locuste coram eo reputati sunt: leuate in excelsum oculos vestros: et videte qs creauit hec. scilicet militiam hanc: qua3 in celo videtis. qua͂ quide͂ etia͂ pre multitudine fortitudinis et roboris virtutis creauit. ita vt vnum non deficit: quin nomine vocet. Quare dicis iacob videlicet popule iacob in captiuatione permanens abscondita est via mea a domino: hoc est quasi oculos suos cessauit ne videret q͂ ei seruiuimus: et gentes que ipsum non nouerunt: super nos dominari facit. Et a deo meo iudicium meum transibit. Judicium enim meriti boni quod patribus nostris nobisq3 retribuere debebat a facie sua transire fecit. qui autem terminos terre creauit

cuius sapientie inuestigatio non est: cogitationes non ignorat: quoniam vt mediantibus flagellis consumet preuaricatio et finem accipiat peccatum: bono tuo indutiã dat. Sed tã de lapso. i. lapsui tuo virtutem dabit: roborando te. Jccirco noli timere: deficient tamen pueri: et laborabunt. scz inimici vestri qui nunc fortes sicut iuuenes sunt. vos autez in dño sperantes fortitudinem mutabitis.

Confutatio rabi salomon.

¶ Hanc expositionem iudei viri si bene consideratis ipsam necessarijs non parum deficere inuenietis. Nam lz prophetiam messie recte attribuat. deficit tamẽ principale eius fundamentum. Ipsius messie diuinitatẽ p pphetã pluries recitatam. tanquã nullã derelinquendo. inqt enim vox clamat in deserto: parate viam dñi rectã facite in solitudine semitam deo nostro. paulo quoqz post: et reuelabit gloria domini: et videbit omnis caro pariter: quoniã os domini locutum est. ait et subsequenter: dic ciuitatibus iude. ecce deus vester: ecce dominus deus in fortitudine veniet: et reliqua de quo quidem mysterio cum nulla ab ipso rabi mentio fiat veritatem ab eo abscõditaz non fuisse merito colligi potest sed id ipsum caute fecisse arbitror: vt doctos aduertentes redderet: ignaris vero ne ipse iudeus cuz esset christianizare videret. Quãobrem et partem etiã illaz pphetie ois vallis exaltabitur. et reliqua. sicut sonat: vtiqz exponit. que prout rabi dauid ait. exemplariter intelligenda est. Partem quoqz illam. sicut pastor gregem suum pascet. et reliqua. superioris scz. ecce merces eius cum eo: et opus illius corã ipso colligat. quod aliquo mõ consonũ nõ videtur. nec rabi dauid expositio in hoc secum conuenit. similiter et neqz in particula illa. suscepit enĩz de manu dñi duplicia pro omnibus peccatis suis. Prophetiam insuper partim ad israel captiuum existentem: partimqz ad gentes. apud quas captiuitati sunt rabi salomon dirigi dicit qz recte autem in hoc sentiat

per veram deo volente: expositionē vobis liquide patebit. vbi etiam de q̄pluribus sua expositione contentis memoria fiet. Ex quibus recta ostendetur vobis semita: per quā ad verum deum nostrum venire poteritis.

¶ Exponitur rursus prophetia a rabi dauid similiter super messia dicente. Consolate consolate populum meum vos prophete. vbi ad maiorem corroborationem sermo replicatus est. loquimini ad cor hierusalem: et dicite ei: quoniam completum est tempus captiuationis eius: et completa est culpa eius. suscepit enim de manu domini duplicia hoc est duas captiuationes: quas pro omnibus peccatis suis sibi desmanuerant. vox clamat. i. quasi vox clamaret in deserto que diceret: parate viam dñi: dicit autem semitam deo nostro cum ipse sit qui populum hunc de captiuatione educit. omnis vallis exaltabit. & reliqua. que oīa exemplariter intelligenda sunt. Ascensus enim a montibus: & descēsus: maximus labor est. ipsi aūt quasi via plana existeret nullū sentient laborē. & reuelabit gloria dñi ipsis. s. a captiuitate exeuntibus. inueniēt enim in deserto aquas. ita q̄ videbit omnis caro pariter: qm̄ os dñi locutū est oīa que in prophetia cōtinēt. videbit tū scientia & intellectu: non aūt oculorū visu vox dicit. clama. i. quasi vox diceret clama: seu vox prophetie dicit prophete: clama. propheta aūt quid clamabo respōdit. & vox ei. clama oīs caro: cum gogmagog venientium femum. maior enim eorū pars tandem peribit: & oīs misericordia eius quasi flos agri. esto q̄ plures fecissent misericordias. Nam ob mala iudeis facta punienī. Sup montem excelsum ascende tibi: quicunq̄ enim vult: ut sua intelligatur vox eminentem loci ascendit. cum ergo Syon & Hierusalem: quod idē est: inter iudee ciuitates principalis esset: ad eam sermonem dirigit. ut per ipsam alijs prenuntiaret ciuitatibus: quasi diceret propheta. super montem excelsum as- Rabi dauid

cende tu syon seu hierusalem euãgelizans: et noli timere. ut ciuitatibus iuda dicas: ecce deus uester. gloria enim sua ad hierusalem omnino reuertetur. ecce dñs deus in fortitudine ueniet. i. manu forti. non enim ad has gentes humiliandas alterius manu indigebit. ecce merces eius cum eo pro hijs scilicet qui durante captiuatione: in ipm sperarunt. Sicut pastor gregem suum pascet. hoc est sicut pastor bonus qui cum grege suo omnia hic recitata facit: sic deus cũ israel: ipsum ad hierusalem ducẽdo: faciet. et notanter dixit gregem suum. ut maiorem affectõem denotaret. certũ est enim pastorem: maiorem ad suum gregem: q̃3 ad non suũ. sed pretio custodientem: affectionem habere. Super residuo vero ꝓphetie: iste rabi: rabi salemonem sequit̃. nisi q̃ aliquibus animam prophetie non tãgentibus se magis ostendit: que breuitatis causa recitare nolo.

Confutatio rabi dauid

¶ Quantum autem in parte recitata ab ipso dissentiant: bene considerãtibus facile patere potest. Totis enim viribus christi misterium obtenebrar̃ plus alijs nititur. et hoc in partibus prophetie dei aduentum tangentibus permaxime ostendit. quibus a littera dissentire processumq3 prophetie peruertere non curat. inquit enim propheta: vox clamat in deserto: ipse autem quasi vox clamaret: dicit. necnon ꝓ proprio deo: sicut littera sonat: Semitam rectam fieri vult. sed pro israel qui per ipsum ducetur. Qua fatuitate seu prauitate fundatus: clausulam illam: et reuelabitur gloria domini: pro aqua quam in deserto iudei inuenient: prolatam fuisse: dicere non erubescit. et propter hoc dicit q̃ omnis caro pariter videbit. quoniam os domini locutum est: omnia que in prophetia continentur: vbi et videbit: de intellectuali: et non sensitiuo nisu intelligi ait. Partem insuper illam: super montem excelsum ascende tibi euangelizans syon: ne ꝓprio.

euangeliste Johanni baptiste attribuat: ad syon ꝛ hierusalem dirigit. quod quidem dicere absurduꝫ est. illis enim dei aduentus: per vocem clamantem principaliter euangelizabatur. similiter etiam ecce deus vester pro gloria dei accipit. Mira quippe res est: ꝙ tot peruersitates ad prauitateꝫ vestrorum rabi cognoscendam nos non ducant. videtis. n. prophetias christi misterium aperte explicantes: ipsos litterali sensu interpretari minime uolentes: eas autem que in figura id predicant: litterali sensu declarari volūt. Ego quidem dico hieremiam de eis: capitulo. viij. omnino locutum esse: cum inquit: quo modo dicitis sapientes nos sumus: et lex domini nobiscum est: vere mendacium operatus est stilus mendax scribarum: confusi sunt sapientes: perterriti et capti sunt. verbum enim domini proiecerūt: ꝛ sapientia nulla est in eis.

¶ Cum autem vera expositione: verum prophetie sensum explicando ipsorum errores clarius: deo duce patebunt. ipsas confutare seriatim amplius nō curo. Sed Esaie qui de christi misterio plus ceteris locutus est. processum animaduertens dico capitulū hec tria narratū. scilicet cum duobus subsequentibus christi misterium aperte explicare: ꝛ quemadmodum precedentes prophetie ad inuicem correspondent. sic et ista cum illis eisdem consentit. Nam cum superiori prophetia. Letabitur deserta. et reliqua. Propheta dixerit eo quia deus ipse pro salute bonorum venturus erat: atqꝫ vltione peccatorum. Sequitur eundem aduentuꝫ qui per vocem in deserto clamantem euangelizandus erat hic iterum notificare: per quem etiam bonoruꝫ merces ducenda erat: propheta dicente. Ecce dominus deus in fortitudine veniet. ipe scꝫ ꝑprie q merces eiꝰ cū eo ducet. ꝛ opꝰ illiꝰ corā iīo. ꝛ suā ꝑfectā dilectoꝫ demōstrādo subseqͥt ait

Catholica expositio.

Sicut pastor gregem suum pascet; ⁊ reliqua. que; sicut rabi
dauid inquit: ostẽdunt deum cum bonis ipsum sequẽtibus
sic agere debere; quemadmodũ bonus pastor cum suo pro
prio grege operatᷓ. Cum aũt deum in terram venire impos-
sibile videatᷓ; presertim forma tali qua sepe dictum est; remo
uens dubium hoc; dei potentiã enarrãdo propheta inquit
Quis mensus est pugillo aquas; ⁊ reliqua oĩa que fecerat
⁊ que ab ipso; absq3 alicuius consilio fieri possunt; recitãdo
Quibus enarratis pro non credentibus subdit; ⁊ libanus
non sufficiet ad succendendũ: ⁊ animalia eius non sufficiẽt
ad holocausta; quasi dicat; eo quia potentiam meam infini-
tam non putant; peccatum eoꝝ irremissibile erit. ⁊ subsequẽ
ter errorem in quem hij tales ceciderunt; remouendo; inqt:
Cui ergo similem facitis deum. aut quam imaginem pone
tis ei. ⁊ reliqua. qui quidem error ob prophetiaꝝ: mysteriũ
hoc predicentium; in consideratõem ortus est. Ne autẽ de
huius erroris punitõe: deum; sed semetipsos culparent. sub
dit propheta; Quare dicis iacob; ⁊ loqueris israel; abscon
dita est via mea a dño; ⁊ a deo meo iudicium meũ transibit
quasi faciem suã a te inmerito abscõderit: praua quippe est
locutio tua hec. nunquid enim nescisti: aut non audiuisti; qa
dominus seculi deus; cuius sapientie non est inuestigatio:
utiq3 sciuisti. nam ex omnibus gentibus; ut suam manifesta-
ret potẽtiam; in te elegit. Quamobrem in talem errorem in
cidere minime debebas. ⁊ propterea per xp̃i aduentũ dabit
ipse lapso virtutem: hijs. s. qui pro vita maloꝝ lapsi ⁊ fatiga
ti erunt; eisq3 robur multiplicabit. pueri aũt: hoc est ip̃m nõ
cognoscentes; qui pueri nuncupari possunt. laborabunt tũc
ut ipsum apprehendant; ⁊ deficient. Sed iuuenes qui con-
tra xp̃m ⁊ suos erunt fortes pro eoꝝ peccato; ruendo ruẽt.
Sperantes autem in domino mutabunt fortitudinem. ⁊ re
liqua. que pro maiori bonorum certitudine reiterauit. ⁊ ad

propositi corroborationem: verba subsequentis capituli ꝓpheta subdit: per que pluribꝰ dei operibus circa christi mysterium explicatis: narrat: ꝙ ob eapsa christi opera plures nationes: suis derelictis idolis: ad eius fidem venture erant vnde et iudei minus excusandi. sed magis culpandi sunt. inquit enim post operum narrationē: quis hec operatus ē: ⁊ fecit vocans generationes ab exordio: ego dominus primus ⁊ cum nouissimis ego sum. que quidem verba: cum eo quod super dicto moysi Deuteronomij .xxxiij.c.a doctoribus vestris explicatur consentanea sunt: videlicet dominus de synai venit: ⁊ de seir ortus est eis: apparuit de monte pharan. dicunt enim omnes has nationes: vt suam reciperent legem vocasse: quam illis recipere nolentibus: ad israhel dedit. pro quo propheta hic dixit: vocans generationes ab exordio. ⁊ reliqua. modo autem cum de israhel pauci: sed de nationibus alijs multe: christi legem recepture erant. inquit. ⁊ cum nouissimis ego sum. scilicet nationibus que conuerse ad christum venient. cuius conuersionis modum narrans propheta: subsequenter ait: viderunt insule ⁊ timuerunt: extrema terre obstupuerunt: appropinquauerunt accesserunt vnusquisqꝫ proximo suo auxiliabitur: ⁊ fratri suo dicet: confortare: confortauit erarius faber percutiens malleo eum qui cudebat tunc temporis dicens glutino bonum est: ⁊ firmauit eum clauis ne commoueretur. Quorum verborum sensus est: ꝙ gentes iste dei opera videntes ⁊ ad suam venientes fidem seipsos in ea ad inuicem sic confortabuntur: quemadmodum ante illud: idola fabricando faciebant. qua de causa iudeos permaxime reprehendendo: ꝓpheta subdit. ⁊ tu israhel serue meus iacob quem elegi: semen abrahe amici mei: ꝙ apprehendi te ab extremis terre: et a longinquis eius vocaui te. ⁊ reliqua. vsqꝫ ad particulā

illam: in sanctum israhel letaberis. volens significare q habere in christo fidem magis ad iudeos q̄ ad alias nationes pertinebat. Pro bonis autem ipsum expectantibus: predicta parte explicata: inquit. Egeni et pauperes querunt aquas et non sunt. lingua eorum siti aruit: ego dominus exaudiam eos: deus israhel non derelinquā eos. p quā aquā eam intelligit, que bibentem ad vitam eternam ducit. que quidem per messiam tribuenda erat. quare sequitur: aperiam in supinis collibus flumina. et in medio camporum fontes. ponam desertum in stagnum aquarum. et terram inviam in rivos aquarum. deinde quasi cum malis. ipsum non recipientibus. deus in scrutinium venire vellet. subsequenter ait. prope facite iudicium vestrum dicit dominus. afferte si qua fortia habetis dicit rex iacob. accedant et annuciēt nobis quecunq ventura sunt. priora que fuerunt nunciate et ponemus cor nostrum et sciemus nouissima eorum: aut q̄ ventura sunt indicate nobis: annunciate que ventura sunt de longe. et sciemus quia dii estis vos. benequoq aut male si potestis facere. et recitabimus et timebimur insimul. Ex quibus verbis propheta indicare voluit q ab homine: inquantum homo. ea que a christo ihesu exigenda erant minime fieri possent.

¶ Quapropter adversus tales incredulos loquendo: vt ipsi experirēt an eadem agere possēt: dicebat: et si facerēt ipsos deos appellaret: pariterq insimul timendi essent: Quod autem eis et cuilibet homini: dempto christo id impossibile esset. propheta ipse declarat dicens. Ecce vos estis ex nihilo ex quo nihil fit: et opus vestrum ex eo quod non est: q̄si diceret q ex omni parte a non ente quodammodo generati estis: ideo abominatio est: qui eligit vos putans vos ge q̄ facere posse. loquens aūt de christo propheta ait. Suscī

tauit ab aquilone ꝛ venit ab ortu solis vocabit nomie meo ꝛ veniet super magnates: quasi lutum essent; et velut plastes conculcans humum. per que verba demonstrare vult christum sua diuinitate: non magis scribas: sacerdotesq̃ eẽ existimaturum q̃ si lutum essent; ꝛ adhuc contra illos loquẽdo: propheta subdit. Quis annunciauit ab exordio: vt sciamus: ꝛ a principio: ꝛ dicamus iustus es: non est annunciãs neq̃ predicens neq̃ audiens sermones vestros. volens ex hijs ostendere talem auctoritatem ipsos non habere. sed deum tantũmodo: qui filij sui ihesu christi mysteriũ ab exordio primis patribus: ꝛ ꝓphetis reuelauit, ꝛ demũ Iohãni baptiste qui ad syon primo dixit: adest adsunt. adest. sc3 vnus qui tres sunt. pro quo ꝛ ad hierusalem euangelistam dabo. subsequenter ait. Quo quidem scrutinio facto: propheta talia fatur. et vidi et nõ erat ex istis quisq̃ qui iniret consilium ꝛ interrogatus responderet verbũ. ecce oẽs iniusti: ꝛ vana opera eorum: ventus ꝛ inane simulacra eorũ intendens ex hijs concludere non esse nostrum: dei opera cui omnia possibilia sunt: inuestigare. Deinde per subseq̃ns capitulum. inquit propheta. Ecce seruus meus in quo me firmabo: electus meus cõplacuit sibi in illo anima mea: dedi spiritũ meum sup eum: iudiciũ gentibus ꝓferet. cõcludẽs ex premissis hominũ obligationẽ: qui xpi fidẽ sectari: habẽt. Sed postq̃ de hijs bene edocti estis nec rationẽ incõtrariũ habetis: ꝛ ipm recipere nõ vultis: iccirco ꝛ ipe tãdẽ vos n̄ curabit. s3 iudiciũ ꝛ legẽ gẽtibꝰ ꝓferet. Christi deide vite ꝓcessũ: vt eos n̄ ꝑderet: enarrãdo seq̃t: n̄ clamabit: neq̃ deuabit: nec audire faciet vocẽ eiꝰ foris. Nõ. n. volebat nisi i iudea versari: ꝛ q̃uis ab eis lacerãdꝰ: ꝛ tãdẽ crucifigẽdꝰ eẽt. nõ tñ debebat ab illis recedere: nec ex illis flagellis turbari quin opus suum impleret. Quare concludit: non

erit tristis neqꝫ lentus: donec ponat in terra iudicium: ⁊ legem eius insule expectabunt. ⁊ ex tāta ingratitudine vestra indignatus deus per prophetam subsequenter inquit. Ego dominus vocaui te in iusticia: ⁊ apprehendi manum tuam ⁊ seruaui te ⁊ dedi te in fedus populi in lucem gentium. ut aperires oculos cecorum: ⁊ educeres de conclusione victum: de domo carceris sedentes in tenebris. quasi diceret. esto ꝙ ꝓ iudeis: ut fedus illis seruarem: te principaliter custodiuerim. si ipsi pro maiori parte te non recipient: non cures. Nam ego dn̄s qui te in iusticia vocaui: ⁊ in fedus huius populi custodiui: apprehēdi etiā te pro maioribus hijs. Dedi enim te in lucem gētium: ut per te illuminate: legem recipiant. ⁊ ultra hoc: ut victos de conclusione educeres: ⁊ de domo carceris sedentes in tenebris: per limbi expoliationem. quibꝰ verbis relatis subdit: ego dominus hu est nomen meum: ⁊ gloriam meam alteri non dabo: ⁊ laudem meam sculptilibus. ac si diceret: attēto ꝙ sui causa in manu seruientium idolis: iudeos tradere oportebit. ne gloria mea ⁊ laus alteri scilicet sculptilibus ab illis gentibus detur: ideo volo. ut tu eis lucem des: ⁊ te recipiant: cognoscantqꝫ omnia hec a me procedere. ⁊ ut super hijs misterijs ipsos magis aduertentes redderet concludens ait. Que prima fuerunt: ecce venerunt: noua quoqꝫ ego annūtio anteqꝫ orian-tur audita vobis faciam. ⁊ hoc: ut cum venerint: in eis non decipiamini. Cum autem hec parum prodesse eis debebāt inquit propheta: Cantate domino canticum nouum laudē eius in extremis terre: descendentes in mare: ⁊ plenitudinem eius insule ⁊ habitatores earum. ⁊ reliqua. Per que verba iterum gentes ad christum vocat. deinde dei contra iudeos: pro eorum perfidia: indignationem narrando. sequitur. Dominus sicut fortis egredietur: sicut vir preliator su

scitabit zelum: vociferabitur et clamabit. super inimicos suos fortificabitur. Cum autem deus ne contra illos ad hec veniret longo tempore ipsos tollerauerit: cunctaque oportuna: et necessaria fecerit excusans se ait. tacui semper silui: patiens fui: et reliqua. ad idem propositum pertinentia. et sic omnia resumendo suum sermonem propheta restringens: clamat. O surdi audite et ceci intuemini ad videndum: quis cecus nisi seruus meus: et surdus sicut missus meus quem mittam: quis cecus sicut ille qui perfectus est. et cecus sicut seruus domini. volens ex hijs verbis ostēdere quod quando per prophetas deus eis christi misterium narrans dicebat. ne surdi essent ad eā que pro eorum salute erant. audiendum: illi predicta verba explicabant. Quare ut quod eorum nunc ipsimet: deum contra ipsos irasci obligando: causa essent. manifestaret. Sequitur propheta dicere et dominus voluit iusticia sua. ut manifestaret legem et extolleret quod ipse esset populus direptus et vastatus. laqueus iuuenum omnes. et in domibus carcerum abscōditi sunt. facti sunt in rapinam nec est qui eruat. in direptiōem nec est qui dicat redde. quis dedit in direptionem iacob et israel vastantibus: nisi dominus ipse cui peccauimus. et noluerunt in vijs eius ambulare. et non audierunt in legem eius et effudit super eum iram furoris sui et forte bellum. et combussit eum. in circuitu et non cognouit. et succendit eum et non intellexit. et tandem. Quemadmodum plerisque locis moris est prophetarum. ut post christi misterium et ob non receptionem ipsius. ruinam vestram enarratam cum vestra post antichristi bellū reuersione vos consolari. propheta eundem ritum sequens per aliud capitulum talia verba mouet. Et nunc hec dicit dominus creans te iacob et formans te israel noli timere quia redemi te. et reliqua. Hec igitur duo recitata capitula. primum sequi:

eaqꝫ ſicut expoſui intelligenda eſſe ex totius prophetie diſ-
curſu manifeſte patet. Nihil enim in ea cōtineri uideo ꝙ cū
expoſitione non conueniat. ſecus autem de veſtroꝝ decla-
rationibus eſt. Nam ipſi in ea ab inuicem nō paꝝ diſcrepāt
aliqui enī ʒ ipſam meſſie attribuūt. aliq vero ezechie: ⁊ alij ꝑ
tim meſſie: ⁊ partim ezechie. ita ꝙ ipſoꝝ nemo: ut vos non
l[.]ter: totalem prophetie diſcurſum vni actare poteſt. cuius
ratio eſt: quia attribuentes eam meſſie: verum meſſiam in

Concordia cum euangelio

quo: quemadmodū euangelia aperte oſtendūt: ad litteram
conſumata ſunt. nō cognoſcunt. Nam pro ea pte: vox cla-

Matheus

mantis in deſerto. ⁊ reliqua. matheus cap. iij. inquit. in die-
bus aūt illis venit Johannes baptiſta predicans in deſerto
iudee: ⁊ dicens. penitentiam agite: appropinquabit enim re-
gnum celorum. hic eſt de quo dictum eſt per Eſaiam ꝓphe-
tam dicentem. vox clamantis in deſerto: parate viam domi-
ni: rectas facite ſemitas eius.

¶ Pro ea vero parte dicente ſicut paſtor gregem ſu-

Johannes

um paſcet. ⁊ reliqua. Johannes decimo capitulo ſic ait.
Ego ſum paſtor bonus: ⁊ cognoſco oues meas. ¶ Cum
illa autem: ecce ſeruus meus: ſuſcipiam eum: electus meus

Mattheus

cōplacuit ſibi in illo anima mea. Matheus. xvij. conuenit
dicens. hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene com-
placui ipſum audite. ¶ Dedi ſpiritum meum ſuꝑ eum.

Johannes

cum hac parte Johannes cap. primo cōſentit: cum ait. ⁊ vi-
dimus gloriam eius quaſi vnigeniti a petre plenum gratia
⁊ veritatis. ⁊ ibidem. ſuper quem videris ſpiritum deſcen-
dentem ⁊ manētem ſuper eum. ⁊ reliqua. Cum illis autem
verbis non clamabit: neqꝫ eleuabit: neqꝫ audire faciet foris
vocem ſuam. ⁊ reliqua. Euangeliſte omnes: ſue vite proceſ-
ſus recitantes: conueniunt. ⁊ ſic in omnibus alijs myſterijs
in prophetia contentis. facta eſt conſumatio ꝙ nulli verita

ti assentiri volenti latere potest.

Prophetia octaua.

I Dem Esaias capitulo. xxxxviiij. inquit. Scim- Hebrea littera.
gu elai igim nebacsciuu leumin meraboc ado-
nai mibeten cheraani mimmege immi bizgir sce
mi; uaiasem pi chebereu badda bezel iado be-
chbiani uaisimeni lebez barur beascpato bisturani; uaio-
mer li gaudi atta israel ascer beba etpaar. ueani amarti la-
ric iagagti letobu uabeuel cobi chillidi aben miscpati et a-
donai usgullati et elobai. uegatta amar adonai iozeri mibe
ten legeued lo lesciouen iagacou elau ueisracl lo ieaseph
ueeccaued begene adonai ueelobai baia guzi. uaiomer na-
cal mebeiodeba li geued lebachim et sciute iagacou unzu
re isrsiebasciu untactiba leor goim li biot iesciugati gad
cheze baarez. co amar adonai goel israel chedoscio luzo
vsq ad te veniet: et veniet potestas prima regnū filie hierusalē
que qdem turris dicit q̄ turris dauid est: et gregis turrim
eā appellauit: eo quia: queādmodum plerisq ī locis habet
israhel qui ouium greges nuncupantur: in hierusalem que
regni israhel caput erat tanq̄ grex in ouile congregabant.
Replicauit autem id propheta diuersis dictiōibus pro ma
iori rei corroboratione. Rabi vero salomō dicit q̄ pro tur
Rabi salomon ri gregis templum propheta intellexit Nunc quare vlu-
las vlulatu. Nunquid rex non est in te: an consiliarius tu⁹
periit: quia comprehendit te dolor. sicut parturientem. Ab
hoc dicto Rabi dauid dictionem illam nunquid amouet.
Rabi dauid dicitq. Nunc tu hierusalez quare vlulas vlulatu. eo quia
a terra tua de proximo captiuanda sis. Amen dico tibi q̄
id facere non debes. sed de die solatii tibi promissi recorda
ri: et quāuis nunc rex in te non sit. scias q̄ rex et consiliari
us tuus dominus deus est. qui et si faciem suam a te nunc

abscondidit:adhuc redimet te ꝛ de tua captiuitate te congregabit. Sed rabi salomon clausulam illam dicentem. Nunc quare vlulas vlulatu. sic legit. videlicet. Nunc quare assotiādo assotias te. Doles ꝛ satage filia syon quasi parturiens:quia nunc egredieris de ciuitate et moraberis in agro:ꝛ venies vsq; ad babylonem:ibi liberaberis:ibi redimet te deus de manu inimicorum tuorum. hoc dictū quasi imperatiue loqueretur a vestris exponitur. Dicunt enim Dole tu et satage filia syō super peccato tuo. eo quia propter illud de ciuitate tua egredieris. Non putes tamē ꝙ in agro moraberis:ita ꝙ spes tua deperdita sit. quoniam vsq; ad babylonem dumtaxat captiuam venies. ꝛ hinc post paucos dies liberaberis. Et nunc congregate sunt super te gentes:que dicunt condemnabitur: ꝛ aspiciet in syon oculus noster. partem hanc volunt vestri ad messie tēpus referri. voluntq; dictione illa nunc:pro rei certitudine prophetam vsum fuisse. necnon ꝑ gentes has exercituꝫ gog intellexisse:a quibus dicūt ꝙ verba hec tunc exibunt. videlicet. Nunc condemnabitur syon de peccatis suis: et modo tali destruetur:ꝙ oculus noster in eam aspitiet:ꝛ de ea id quod capimus:videbimus. Ipsi autem non cognouerunt cogitationes domini:nec consilium eius intellexerunt:ita vt considerent propter quid:vt contra hierusalem venirent:eos excitabit. putant enim destruere ipsam et desolare:necnon ꝛ spolia multa detrahere. Deus autem ipsos ibi congregabit vt ab israhel triturentur: quemadmodum manipulus aree ad triturandum congregatur. Quare sequitur. Surge ꝛ tritura filia syon:quia cornu tuum ponam ferreum:et vngulas tuas ponam ereas. ꝛ comminues populos multos. Et cum bona illa ibi remanentia: deo tunc consecranda sint. ideo subdit. Et sanctificabis domino rapinas eorum:et fortitudinem eorum domino vniuer-

Rabi salomon

se terre. Nunc circundaberis filia digna circundari: obsidionem posuit super nos in virga percutient super maxillam iudicem israhel. Pars hec a rabi dauid cum superiori proposito sic colligatur. dicit eniꝫ nunc scilicet. tunc. id est tempore gog: tu israhel ab hoste circūdaberis: propter quā circūdationem vocaberis: seu vocari poteris filia circūdata. obsidionem enim posuit super nos gog cum toto exercitu suo. ⁊ in virga percutient super maxillā iudicē israhel. nam vt zacharias cap. viij. ait: media pars ciuitatis in captiuitatē egredietur: inter quas iudices ⁊ magni dn̄i erūt: qui ab illis in maxilla deridendo percutientur.

Rabi dauid.

Rabi salomon. Rabi vero salomon hoc in loco aliter procedit. exponit enim illud pro hoste chaldeorum qui contra hierusalem tunc venturus erat dicens. Nunc ꝙ israhel propter peccatuꝫ quod superauit in angustia existit. Tu scꝫ filia chaldeorū ab hoste tuo stipata: letaberis. hoc est letari potes. nūc eniꝫ in ponēdo super nos obsidionē quam posuisti: appetitui tuo satisfacies. Huius autem causa est: o inimice: quia in virga percutient sup maxillā iudicem israhel. hoc est pro eo ꝙ iudices suos israhel deridendo super maxillam ꝑcutierunt: victoriam hanc super nos habebis.

¶ Et tu bethlehem effrata et reliqua. Hec prophetia vsqꝫ ad partem illam. Et erit iste pax exclusiue: in superioribus declarata est. fuit eniꝫ prime partis prophetia decima: vbi ad partes istas circumstantēs declarandas animum meum non appuli. propterea q̄ ad partem hanc secundam. vt vidistis pertinent. Descēdens autem nunc ad partē illā dicentē. Et erit iste pax ⁊ reliqua. dico doctores vestros ipsam sic exponere. nam Rabi dauid eā ad messiam referēdo. inqt. Et erit iste pax loco enim metus quo in p̄nti metuētes sumus. de assirio qū venit in terrā nostrā: et qū calcat in domibus nostris. iste scꝫ messias erit nobis pax: ita ꝙ inimicū vltra nō timebim⁹. sic

erit autem sententiam dicendo q pacis causa erit: eo quia cum gentibus pacẽ loquetur. Faciet q inimicus in terram israhel non veniet. Et casu quo tunc veniret: prout hodierno die rex assiriorum facit: suscitabimus super eũ septẽ pastores: et octo primates hominum qui illis obstabũt: eũq cõvincent: ita q tute vincimus. Hi quidem pastores et primates: duces et principes messie regis erunt. Nominauit autem eos sub hoc numero septem et octo. eo quia numerus multitudinis significatiu^9 existit: et est qũ plures et plures diceret. Rabi vero salomon loquitur hic ac si. Et erit hec pax propheta dixisset, inquit enim. Et erit hec pax integra scilicet et firma absq interruptione assirij cum venerit in terram nostram. i. si tunc, sicut nunc: in terram nostraz venire contigerit, suscit bimus enim super eum septez pastores et octo primates hominum: quos in libro quodam vocato sota: doctores thalmut nominasse dicit. sed pro dicti eorum verificatione asserit rationem se non videre. Et confringent terram assur in gladio: et terram nembrot in frameis suis. pastores scilicet et principes isti. eoruz enĩs potentia illas suis armis expugnabunt. nominauit autem has duas gentes solummodo. quia iste due hierusalem destruxerunt. Et liberabit ab assur cum venerit in terram nostraz ac si diceret. Et liberabit messias iste nos ab assur: interficiendo ipsum: et hoc propterea. quia venit in terram nostraz Et erunt reliquie iacob in medio populorum multorũ quasi ros a domino: et quasi stilla super herbam: que non expectat virum: et non prestolatur filios hominum. Super hac pte dicũt vestri q reliquie iacob: que p^9 purificatiõẽ in eis factã remanebũt, erunt in medio populorũ multorum: qui super hierusalem cum gog congregabuntur quasi ros qui non ab homine: sed a deo tantum expectatur. Nam quemadmoduz ros et stilla non nisi a deo expectãtur sic et israel

Rabi salomon

Rabi dauid

tempore illo non nisi in dominum sperabit: qui ab illa multitudine populorum ipsum saluare poterit. Et erunt reliqe iacob in gẽtibus in medio populorum multorum quasi leo in iumẽtis siluarum & quasi catulus leonis in gregibus pecoꝝ qui cum transierit & cõculcauerit & ceperit: nõ ẽ q eruat. Hanc similitudinem dicunt vestri ante exerciti gog destructionem in vobis verificandã esse. ex quo asserunt esse destructionem illam per vos fiendam qui inter populos illos quasi leo & catulus eritis. quemadmoduꝫ enim animalia cuncta siluarum ab istis cõculcantur. sic & vos populos illos vsqꝫ ad vltimum destruetis. pro quo subdit *Et exaltabitur manus* tua super hostes tuos & reliqua. Et erit in die illa dicit dominus: Auferam equos tuos de medio tui: & disperdam quadrigas tuas. hoc dictum dicunt vestri post bellum gog verificandum esse. tunc enim equis & quadrigis non indigebitis: quia in pace & tranquillitate manebitis Qua etiam de causa ciuitates terre tue perdam. & omnes munitiones tuas destruam.

Doctores thalmut.

¶ Doctores autem thalmut dicunt ꝙ hec tũc deus faciet: propterea quia salubrius est in villis q̃ in ciuitatibus morari. Et auferam maleficia de manu tua: & augures non erunt tibi. eo quia ad bene viuendum eos reducam. & perdere faciam sculptilia tua: & statuas tuas de medio tui & non adorabis vltra: & reliqua que nota sunt. dicunt autem clausulã illam Et conteram ciuitates tuas posse aut pro proprijs ciuitatib⁹ intelligi. aut pro inimicis. Nam dictio illa gareha hebraice vtrumqꝫ significatum habere potest. Et faciaꝫ in furore & indignatione in omnibus gentibus que non audiuerunt hoc est que legem meam non receperunt.

Confutatio eorum.

¶ Hec igitur sunt iudei viri que super hac prophetia doctores vestri aiunt. Quorum dicta si bene considerabitis: nõ dubito quod sicut ego de eis sentio ita et vos sentietis. Ut autem ad hoc vobis viam ape-

riam volo: dei inuocato auxilio: per aliquas notiores ipsorum partes sermocinando discurramus. quibus etiam spero vos magis dispositos reddere: ad veram prophetie sententiam: que postea vobis occurret: recipiendã. ibiq; ꝗplurime partes que hoc discursu non tangentur: aperte patebunt. Dico itaq; ꝙ per id quod super ea parte Erit mõs domus domini a vestris dicitur: habetur expresse qualiter tempore conuersionis vestre erit ad seruitia vnius dei vniuersalis gentium conuersio. quod quidem etiam super parte illa Et properabunt gentes multe ⁊ reliqua replicant. Cuius contrarium asserunt per eam particulam Quia omnes populi ambulabũt vnusquisq; in nomine dei sui quemadmodum loco suo manifeste patet. vbi etiã per subsequẽtia verba dicentia Nos autem ambulabimus in nomine domini dei nostri in eternum: aliũ errorem patefaciunt. dicũt enim ꝙ ꝗuis de terra sua iudei captiui sint: nõ ꝓpter hoc deo alieno seruiẽt. Ex quo de vestra in hac captiuitate cõstantia se iactare volunt. Uos tamen scitis quia de tempore illo: cum perfectam notitiam veritatis habebitis: verba illa determinate loquuntur. Cumq; clausulam illam Congregabo claudicantem volunt eo modo quo dicũt pro israhel intelligi eos. Aliqua ratione moueri non video. licet. enim de vestra claudicatione ibi propheta loquatur: nõ tamen ad sensum per eos assignatum loqui potuit. Nã si ꝑ corporali lapsu exemplum propheta dare voluisset: id cum alio genere morbi magis corporeo explicasset. Unde ꝙ ꝺ spirituali claudicatione locutus sit: quemadmodũ suo loco deo duce patebit dicere conueniẽtius est. Considerate insuper obsecro quot vijs partem illam Nunc quare vlulas vlulatu ⁊ reliqua peruertere conantur. Nã rabi dauid remouet eam litterã he que dictioni illi meleh latine rex apponitur. que quidem he apud hebraicã linguam he hasce

Confutatio rabi dauid

la nuncupatur. et idez quod nungd latine significat. ipse tamen prophetam affirmatiue loqui vult quasi Rex non est in te absolute dicert. Et non obstante quod totum residuum prophetie quemadmoduz suo loco videbitis admiratiue loquitur Nec nō et dictionē illam im hebraice latine si que quod ponitur clausule ille: Cōsiliarius tuus periit. remouet. Et vltra hec dictionem illam periit amouet. Ex altera quoqz parte super verbis prophetie verba multa superaddit. que si bene considerentur sensui prophetie consentanea minime iudicabuntur.

Confutatio rabi salomonis.

¶ Pari quoqz modo et rabi salomonis expositio praua dicit potest. quoniā terminis illis Quare vlulas vlulatu. proprium et verum significatum non dat. Scitis enim quod secundum ipsum lamma taregireag propheta dixisset. Unde parte vna prophetie peruersa ad aliam insufficiēter exponendum necessario coguntur. Nam subsequentem partem dicentem Doles et satagis filia syon et reliqua: imperatiue exponunt. Ubi etiaz adictiones plures faciunt; que tamen cum omnibus illis nō bene aptatur; prout de se patet quemadmodum etiam vera expositione clarius manifestabitur. Et hoc processu procedentes super ea parte dicente Nunc circundaberis filia digna circundari et reliqua. suaz peruersam opinionem rabi dauid clarius ostendit. Naz id quod super ea dicit; sensui prophetie consentaneum minime est. non obstante quod clausulam illam dicentem singulariter Judicez israel; ipse in plurali iudices legit.

Confutatio rabi dauid

¶ Opinio autem rabi salomonis super parte hac et si eam dictionem iudicē etiaz ipse in plurali accipiat. attribuatqz dictum illud Nunc circumdaberis et reliqua. chaldeorum hosti; est tamen super residuo prophetie veritati magis cōsona prout suo loco deo duce patebit. vbi etiaz intelligetis propter quod prophetia hec de aduētu messie videlicet Et tu betlez efrata hic a propheta interposita fuit. qualemqz inter se colligā

Confutatio rabi salomonis.

tiam habeant. necnon et in qbus prophetie partibus vesti veritati adherent: ibi videbitis. Sed p̄sentis pphetie pcessuz sequēdo dico doctores vestros in eo sic se gerere q̄ mirori immo nescio quo vultu talia calamo scribere presumpserunt. Dicunt. n. q̄ reliquie iacob que post eius purificationem remanebunt: erūt in medio populorum cuz gog venientium quasi ros a dño. Pari quoq̄ modo dicūt q̄ quasi leo in iumētis silua et tunc erūt. ita q̄ populos illos vltima destructione destruēt. dicūt p̄terea eaz similitudinē de rore et stilla pphetaz pphecisse. q: quēadmodū he nō nisi a deo sperantur. sic et vos eo tpe non in aliuz q̄ in deuz sperabitis. Partē insup illā dicētem Et erit in die illa dicit dñs: auferaz equos tuos de medio tui: et reliqua. dicūt post bellum gog verificandā esse. vbi et fabulā illā doctor thalmut de aeris bonitate recitant. primi aūt dicti eor in sufficiētia ex eo patet: q: sicut p ezechielez zachariā et alios pphetas habet: purificatio vr̄a bello gog finito erit. Inqt. n. ezechiel vt suo loco vidistis Propterea hec dicit dñs Nunc reducam captiuitatē iacob. qd dictū ruina gog expleta explicat Et zacharias Sed et iudas pugnabit aduersus hierusalez. ex quibus colligit: manifeste q̄ durante bello purificati nō eritis. immo: quēadmodum et vr̄i concedunt: malor inter vos existentium in bello illo p̄sumptio fiet. ita q̄ post illud remanentes electi et purificati erūt. pro quibus ppheta dicit q̄ quasi ros a dño in medio populoruz multo et erūt. et p hos populos de venietib' cū gog dicere minime pōt: cū ipsor tpe iudei purificati nōdū erūt. sed de aliis populis q tanq̄ electi et salui post bellū illud remanebūt. Nec gentiū gog destructio p iudeor man' quēadmoduz p partē secūdā vr̄i aūt: siēda erit. Per oēs. n. pphetas habem' destructionē illā miraculose p deuz fiendā esse peste. f. et fame fulguribus et lapidib' et cū gladio vniuscuiusq̄ in fratrē suū. Deinde cū dicūt sequentem partem esse post bellum gog intel-

ligendam. qua ratione moueatur nescio. cum discursus ille totus a principio dicente. Et erunt reliquie iacob et reliq. usque ad finem. ad diem unum referatur. Non est igitur maior ratio in prima parte quam in secunda: ut possit ad tempus illud magis referri. Sed si una post bellum gog verificanda est. et alia omnino eodem tempore esset verificanda. Et econtra: si ante bellum una: et alia similiter. Uos autem si eorum insufficientiam cognoscere vultis: animaduertite quod non videntes se intellectui prophetie satisfacere. ad fabulas thalmut reducuntur. dicendo perditionem ciuitatum et prophetam predictam esse pro conseruatione sanitatis vestre fiendam. Et hoc quidem contingit: quia sicut spiritus ab eis longe est. sic et ipsi ab eo longe sunt. Non enim qui de terra est et gratia priuatus: spiritualia capere potest. De numero quorum presens pars utique existit: quemadmodum suo loco deo fauente: indubitate intelligetis. ubi etiam vos videre faciam qualiter super quadam clausula Rabi Dauid ut id p dicta sua innueret: se conduxerit.

Catholica expositio

¶Ego igitur prophetiam suo sensu declarando. dico quod eius processus ultra id quod vestri dicunt: se adhuc extendit. Includit enim partem quam excludunt usque ibi. Et intrinsecus ambulare cum deo tuo: quemadmodum per sequentia certificabitur. nam volens deus hic per prophetam vestram post antichristi belli per sui gratiam redemptionem predicere. ubi pro quodam mysterio quod intelligetis: xpi aduentum interposuit. attento quod talis reductio post longum tempus fienda erat: quia in nouissimo dierum iuxta ipse asserit. Ideireo quoniam cum sanctis patriarchis se excusaret. ostendendo quod id ex mera ingratitudine a vobis met processerit. finito principali discursu verba illa protulit. Principale itaque mysterium agrediens inquit. Et erit in nouissimo dierum. Hoc est post bellum antixpi. de quo. xxxviii. Ezech. In nouissimo annorum veies. dixit. Erit mons domus domini

preparatus in vertice montium. aut materialiter: quia non est impossibile apud deum omne verbum. aut methaphorice propter id q gentes multe ad ipsuz confluent. a quibus vestri aiunt exaltabitur. Quocunq autem intelligatur: intentio prophete est ostēdere nobis q gentes multe: que Quia de syon egressa est lex: et verbum domini de hierusalem vsq tunc non cognouerunt: tempore illo pphetabunt et adinuicem dicent. Venite ascendamus ad montem dñi et reliqua. Ubi modum loquēdi prophete animaduertere debemus dicentis: quia de syon egredietur lex: et verbum domini de hierusalem. Quam clausulaz vestri exponendo pro verbo domini mandatuz intelligunt: dicētes: Quia lex et mandatuz domini de syon egredietur. Cum autem in antiqua lege mandata et precepta contineantur: non dubitādū q non de illa lege: neq de mandatis in ipsa contentis propheta loquitur: sed de noua lege per christum datam que in hierusalem. prout verificatuz est: dāda erat. De qua hieremias et alij prophete mentionez faciunt. Ego pro verbo domini verbum illud quod caro factuz est: significare intēdit. Ad quod verbum refertur dictum illud immediate sequens dicens Et iudicabit inter populos multos: vbi vestri dicūt. Et iudicabit qui iudicaturus erit scilicet messias qui bñ vtiq dicerent: si de vero messia christo hiesu intelligerēt. Ipse enim qui verus messias est: super populos omnes tūc dominabitur: quia ipsum esse verum deuz omnes cognoscent. Quos etiam modo tali corripiet: q instrumentis bellicosis amplius non indigebunt. Erūt enim sic in pace continua et trāquillitate: q gladios suos in vomeres cōcident: viriq subtus vitem suam et ficum absq timore sedebunt. Quia omnes populi ambulabunt: vnusquisq in nomine dei sui. Hoc dictuz de virtute sermonis et eo mō quo vestri illud aptant: falsum esset: nam et per prophetam et per

vestros affirmatur supra: q omnes populi cognoscent tūc verum deum: et illi seruient. prout etiā omnes alij prophete predicunt. Si igitur verba ista sic intelligenda essem: et sibiipsi et omnibus alijs prophetis propheta cōtradiceret vnde volēs onchelos hoc incōueniēs fugere dicit. Quia omnes populi qui tunc peribunt; pro eo q in nomine dei sui ambulauerit pibūt. Pro q animaduertendū est: quem admodum vos non ignorare scio: q verba hec secundum q hebraica littera sonant: cuius illud significatū quod per latinam traslationē ostenditur habeant. possunt tamen co modo etiam interpretari quo proprius prophete intellectus habebitur. Scitis. n. dictionē illam ebi hebraice quādo sepenumero latine significare; quemadmodum exodi. xxiij. habetur: ex ea parte dicēte: ebi tirre hamor sonaaba rones tabat massao. Latine quando videris asinum odientis te iacere sub onere suo. Accepto igitur ebi loco isto eodē mo do: prout prophete intentio certe fuit: erunt verba hec latine sic legenda: quando omnes populi ambularēt vnusquisq in nomine dei sui. Per que verba omnimodam perfectionem vestram que tunc in veritatem cognoscendo erit: propheta predicere vult. Postq. n. narrauerat populos oēs tunc deum cognoscere debere: volēs ostendere q non ppter hoc q alij populi id faciant: vos illā perfectionē habebitis: sed per dei gratiā ex particulari aspectu vt infra ostē dit. Inquit. quando omnes populi ambularent vnusquisq in nomine dei sui et nos ambulabim in nomine domini dei nostri in seculum seculi. quasi diceret: posito pro nōvero q omnes alij populi in nomine dei sui vero deo non cognito ambularēt. Attamen nos nō sic faciem: sed in nomine dñi dei nostri in eternū ambulabimus. Cuius causam assignan do propheta immediate sequitur. In die illa ait dñs Con

gregabo claudicantẽ ꝛ reliqua. Per que ostẽdere vult: ꝙ tpe illo sui gratia ꝛ misericordia deus te congregabit: que vsqꝫ tũc sup fide sua ꝛ veritate claudicasti; mysteria. s. incarnationis trinitatis ꝛ resurrectionis ꝛ alia a prophetis p̃dicta capere nõ potẽs. De quo hieremias ẽt supra mensionez fecit; cũ dixit. Usquequo pplexa eris filia rebellis eo quia creauit deus nouũ sup terra femina circũdabit viruz. Et sophonias capi. vlti. ẽt inquit. Et saluabo claudicantez; ꝛ eã que eiecta fuerat congregabo. Certũ est. n. quẽadmodum per superiora visum est; ꝙ nõ pro alio nisi pro peccato isto eiecti fuistis estis ꝛ vsque tunc eritis. Eo aũt tempore faciet deus vt veritatis notitiam habeatis; ita ꝙ in monte syõ ex tunc vsqꝫ in eternuz super vos regnabit; ꝛ a vobis tãqꝫ verus messias deus ꝛ homo cognitus erit. Pro cuius rei certitudine ad hierusalẽ sermonem propheta vertit. dicitqꝫ Et tu turris gregis turris filie syon vsqꝫ ad te veniet; ꝛ veniet potestas prima regnum filie hierusalem. Ubi eius modus loquendi considerandus est. cum dicit Usqꝫ ad te veniet; ꝛ venit; nam licet rei corroborationi id vestri attribuant. Debemus tamen modum corroborationis ꝛ fundamentum certitudinis intelligere. Certificatur enim hierusalem per prophetam super sibi promissis hoc loquẽdi modo. Nam cum primum aduentum regni huius per prophetas predicatum verificatum viderit: poterit absqꝫ dubio super secundo aduentu certificari. Et hoc est qđ dicit: Usqꝫ ad te veniet ꝛ venit: quasi diceret vsqꝫ ad te iterũ veniet; sicut iam venit. Et Quod de messie regno ꝓphetia loquaẽ: ex ipsamet aperte habetur; ꝛ doctores nr̃i precipue enchelos in hoc cõsentiũt. Cuz aũt ꝓpter vicinã destructionez a caldeis sẽdã; efficaciori cõsolatione hierusalẽ indigeret; sequitur ꝓpheta dicere. Nũc q̃re vlulas vlul. tu. s. o hierusalẽ

quasi non credens in hijs que tibi pollicentur: Nunquid rex non est in te: an consiliarius tuus perijt quasi diceret. Credis ne me sic impotētē esse vt ea que tibi promitto obseruare non possiz. Quia comprehendit te dolor sicut parturientem: Et si tu filia syon doles ꝛ satagis quasi parturiens: eo quia nunc egredieris de ciuitate ꝛ venies vsqꝫ ad babylonem: dico tibi ꝙ nec propter hoc debes de promissis spem amittere. immo erit istud tibi signum futurorum magis certificatiuum. cum videbis ꝙ ibi. i. inde liberaberis ꝛ de manu inimicorum tuorum te deus redimet. Sed ad antichristi mysteriū rediens propheta inquit. Et nunc congregate sunt ad te gentes multe ꝛ reliqua. Ubi hac dictione nunc pro maiori rei certitudine: vt vestri aiunt: propheta vsus est: immo dico vobis ꝙ super parte hac tota vestri se bene gererent: si illi ad quod dicta referuntur: ipsaꝫ attribuerent. *intelligunt enim* pro clausula illa filia syon iudeos tantummodo que pro tota congregatione fideliū que post antichristi ruinam purificata remanebit: a propheta explicata fuit. quam congregationem dixit propheta: Et sanctificabis domino rapinas eorum: ꝛ fortitudinem eorum dn̄o vniuerse terre. Et deinde assignans propheta causam quare eo tempore hierusalem a predictis gētibus circūdari sic debebat: subsequenter ait. Nunc circundaberis filia digna circundari: ꝛ reliqua inter que se ipsum includit: dicendo. Obsidionem posuit super nos: eo quia de iudeis loquebatur: ꝺ qua gēte ꝛ ipse erat. Dicit itaqꝫ nunc. i. tunc antichristi tpe: vt rabi dauid ait: tu. s. filia syō q̄ filia digna circūcidi es a predicto hoste circundaberis. necnon. Et obsidioneꝫ posuit. i. ponet super nos antichristus ille. propterea quia filij tui in virga percutient super maxillam iudicem israel. s. christum hiesum: ꝛ vt intelligerent ꝙ de ipso loquebatur immediate propheta inquit. Et tu betlem efrata ꝛ si mini-

ma es in millibus iude: ex te mihi egredietur qui sit dominatior in israbel. Quam quidem prophetiam usque ad partē illam dicentem Et erit iste pax exclusiue in prima principali parte bene declaratam habuistis. Ab ista vero parte usque ad illam dicentem Et erunt reliquie iacob. rati dauid bene se habet dempta clausula illa prima. s. Et erit iste pax: que de messia ihesu loquitur qui ipsa pax in abstracto fuit sicut propheta predicat. Et illa. s. Et suscitabimus super eam septem pastores et octo primates hominum. Quam ad apostolos aliosque beatos sicut decet non refert. Certum est enim quod ex verbis istis propheta nil aliud significare vult nisi quod per christum primo et secundo per istos: a cunctis inimicis et hostibus tempore illo iudei liberi et tuti erunt. Et cum ad statum illum ex dei gratia solummodo peruenietis: teste propheta ipso apud libri finem dicente: Quis deus similis tui qui aufers iniquitatem et transis peccatum reliquiarum hereditatis tue. Ideirco. subsequenter hic ait. Et erunt reliquie iacob in medio populorum multorum quasi ros a domino et reliqua. Uolens ex eis notificare quod quemadmodum ros et stilla non nisi a deo expectantur: sic nō expectabitur tunc quod inter alias gentes que sub xpi fide usque tunc vixerunt: vos enumerandi essetis: attenta grauitate peccati vestri: nisi a deo illud procederet qui iniquitati vestre sua misericordia propitiabitur: et peccati vestri non memorabitur amplius. Cuius virtute reliquie ille super omnes intrinsecos inimicos a quibus a recta via diuerti possent: vim habebunt. Pro cuius intellectu totum hunc discursum propheta explicauit. Nam cum non virtute armorum: Sed ex dei gratia dumtaxat salus vestra acquirenda sit: nec fortitudine ciuitatum et locorum sit perseuerando: non possunt verba sua nisi spiritualiter interpretari: prout etiam per aliquas partes ipsemet manifeste ostendit: Inquit enim. Et auferā ma

leficia de manu tua: et euellam lucos tuos de medio tui: et conteram inimicos tuos. Que omnes ad spiritualem inimicum referuntur: ita quod innuere vult propheta: quod reliquie iacob que in gentibus hoc est christianis tunc existentibus remanebunt: Quasi leo in iumentis siluarum erunt. Inimico enim inuito. s. diabolo salutem cum illis prosequentur: et hac de causa propheta dixit: Et exaltabitur manus tua super hostes tuos: Et omnes inimici tui interibunt. Cumque reliquie ille in eo proposito perseuerare debeant: eo quia temptator super eos potestatem non habebit. consequenter propheta ait. Et erit in die illa dicit dominus: auferam maleficia de manu tua et reliqua: que ad eundem significatum omnia reducuntur. Quo etiam intellectu dictio illa Hareba: latine ciuitates tuas de inimicis prout vestri aiunt: intelligenda erit Et quod particula illa dicens: Et erunt reliquie iacob in gentibus: sit ad gentes que in fide xpi vixerunt: attribuenda. Ostendit propheta per suam conclusionem dicentem Et faciam in furore: et in dignatione vltionem in gentibus: que non audiuerunt. Quod dictum sicut a rabi dauid exponitur intelligendum est videlicet Et faciam in furore vltionem in gentibus: que non audierunt: nec receperunt legem dei per xpm ihesum datam. Cum autem omnia bona hec propter promissionem antiquis patriarchis factam deus vobiscum faciet. Ideo quasi in scrutinium vobiscum veniret: ostendendo dilectionem qua vestri semper affectus est: et in eius remuneratorem immensam vestramque ingratitudinem. illis inuocatis propheta talia fatur surge contempne iudicium aduersum montes: et audiant colles vocem tuam: quia lis est domino cum populo suo: et cum israhel in scrutinium venit. Ubi per montes: quemadmodum rabi ionatan et rabi salomon aiunt: patriarchas intelligit. et per colles matres beatas Patriarcharum vxores

Et deinde ad scrutinium veniens inquit. Popule me-
us quid feci tibi: aut quid molestus sum tibi: responde mihi,
quasi diceret. Non potes super malo vno de me conqueri
immo potius infinita bona a me recepisti Que quidem bo
na recitando subdit Quia eduxi te de terra egipti: ⁊ de do-
mo seruientium liberaui te. Ibi enim prout rabi Dauid ait
seruis seruiebas. Nam egiptus de cham descendit cui per
Noe genesis. xviiij. dictū fuit: seruus seruoꝝ erit fratribus
suis. Et postq̄ te de manu illoꝝ eduxi misi ante faciem tu
am Moysen. Aaron. ⁊ Mariam ut tibi redemptiōem euā-
gelisarent. Et ultra hec memento queso popule meus quid
cogitauerit contra te Balac rex Moab: ⁊ quid respōderit
ei Balaam filius Pecor de Setbim usq̄ ad Galgalam ut
cognosceres iusticias domini: quante s. tecum fuerunt. Nō
enim responsum illud quod dedit balaam dedisset nisi de in
dignatione mea contra eum veritus fuisset. ⁊ quamuis pro
pter peccatum quod ibi commisisti: Quemadmodum rabi
Dauid ait filius perditionis fuisses: non ꝓpter hoc dereli-
qui te sub potestate maledictionis illius. Sed cum morte
tantummodo quorsidam vestrorum peccatum illud vobis
remisi. Pari quoq̄ modo memento quanta in Galgala te
cum feci quando Jordanem sicco pede transisti: ⁊ cuncta
alia per historias ordine suo recitata memento. Et si dices
quid dignum offeram domino quo ei satisfaciam: curuabo
ne genu illi aut holocaustomata ⁊ vitulos anniculos sibi
offeram: ita q̄ cum hijs ei placeam. dico q̄ non. hijs enim
dominus non placatur. ⁊ si cum millibus arietum aut mul
tis millibus hircorum pinguium coram eo vos representa
retis. Immo plus dico vobis: q̄ si tuum primogenitū quem
super omnia amas: pro scelere tuo sibi dares: nihil tibi vale
ret. Attenta grauitate peccati quod ꝯtra eum cōmisisti. nec

etiam hec sunt que deus a te querit. Sed id quod bonum esset facere ꝛ quod dñs a te requirit indicauit tibi bõ scilicet xp̃s hiesus q: humanitate assumpta tecũ cõuersatus est propheta dicente Indicauit tibi homo quid bonum esset: ꝛ quid dñs requirat a te. Et illud quod indicauit vtiq; est Facere iudiciũ ꝛ diligere misericordiam: ꝛ intrinsecus ambulare cum deo tuo hoc est toto corde ꝛ anima non apparenter: prout rabi dauid ait: ꝛ bene. ¶ Quod autem hec talia a xp̃o hiesu predicata fuerit: per euangelia cunta testi-

Concordia cuȝ euãgelio

monium habemus. quẽadmodum. n. vestri hic aiunt: ꝛ ea que cum deo et que cum proximo obseruãda sunt: his verbis continentur. Nam pro pertinentibus ad proximum dixit: facere iudicium ꝛ diligere misericordiam. pro pertinentibus vero ad deum Et intrinsecus ambulare cuȝ deo tuo inquit. Que ambo mathei xxij. a xp̃o hiesu sub hijs verbis

Matheus.

expressa fuerunt. videlicet Dilige dominuȝ deum tuum in toto corde tuo ꝛ tota anima tua: ꝛ proximũ tuuȝ sicut teipsum. Non obstante ꝙ cuncta verba sua circa aliud ꝙ̃ circa dilectionem dei: ꝛ proximi charitatem ꝛ misericordiã principaliter non versantur. Uos autem si audiendi aures haberetis: non dubito ꝙ ex verbis prophete huius colligeretis esse per nouam legem qua hec predicta precipiuntur: antiquam amittendaȝ que holocaustis ꝛ alijs cerimonijs in figuram futurorum mysteriorum vtebatur.

Prophetia Nona.

Acharias qui conuersionem vestram de qua in presenti agitur: hoc suo libro breuibus ver-
5 bis multipharie tetigit. in vltimo sui longũ super ea sermonem facit. Inquit. enim capitulo. xi.

Latina littera.

Aperi libane portas tuas: ꝛ comedat ignis cedros tuas: vlula abies quia cecidit cedrus: quoniã magnifici vastati sunt

vlulate quercus basan qm̃ succisus ē saltus munit⁹. Vox vlulatus pastoꝝ q: vastata ē magnificẽtia coꝝ: vox rugit⁹ leonũ:qm̃ vastata ē supbia iordanis. Hec dicit dñs de⁹ me us. Pascẽdo pecora occisiõis:q̃ redẽptores eoꝝ occident. ⁊ nõ cõmitẽt culpã: ⁊ vẽdẽs eos dicet. bñdict⁹ dñs diues fact⁹ sum:⁊ pascẽs ea nõ parcet eis. Qm̃ nõ parcã vltra su per habitantes terrã: dicit dñs. Ecce. n. ego tradã homies vnũquẽq; in manu ꝓximi sui. ⁊ in manu regis sui: ⁊ conci dẽt terrã: ⁊ nõ eruã de manu eoꝝ. Et paui pec⁹ occisionis ꝓpter hoc o paupes gregis: ⁊ assumpsi mihi duas vgas vnã vocaui mitẽ: ⁊ alterã vocaui que demolit: ⁊ paui pe cora. Et succidi tres pastores in mense vno: ⁊ cõtracta est anima mea in eis. siquidẽ ⁊ aĩa eoꝝ variauit in me. Et dixi Nõ pascã vos: q̃ moritur: moriatur: ⁊ que succiditur suc cidat: ⁊ reliq̃ deuorent vnaqueq; carnẽ proxime sue. Et tuli virgã meã q̃ vocabat miris: et abscindi eam. vt irritũ facerẽ fedus meũ quod pcussi cũ omnib⁹ populis: ⁊ irritũ deductũ ē in die illa: ⁊ cognouerũt vere pauperes gregis qui expectabãt me: q: verbũ dñi ē. Et dixi ad eos. si bonũ ē in oculis vestris: afferte mercedem meã. ⁊ si nõ finite. Et appenderunt mercedẽ meã triginta argenteos Et dixit do minus ad me. Proijce illud ad figulũ magnũ pcium. quo appretiatus sum ab eis: ⁊ tuli triginta argenteos: ⁊ proieci illos in domũ dñi ad figulum. Et preci di virgã meã secun dam que demolitur appellatã: vt dissoluerẽ germanitatem inter iudã: et israhel. Et dixit dñs ad me. Adhuc sume tibi vas pastoris stulti: quia. Ecce ego suscitabo pastorem in terra. qui derelicta non visitabit. fetum non queret. ⁊ con tritã nõ sanabit: ⁊ stantem non enutriet: ⁊ carnem pinguis comedet. ⁊ vngulas earum dissoluet. Ve pastor idolũ de relinquens gregem. gladius super brachium eius: ⁊ sup o culum dextrum eius. brachium eius ariditate siccabitur: ⁊

oculus dexter eius tenebrescens obscurabitur.

Capitulum. xij.

Onus verbi domini super israhel. dicit dominus extē-dēs celū ꝛ fūdās terrā: ꝛ fingēs spm̄ hoīs ī eo Ecce ego ponā ī hierusalē vas amaritudīs oībus populis in circuitu. sꝫ ꝛ iuda erit ī obsidiōe sup̄ hierusalē. Et erit in die illa: ponā ī hierusalem lapidem oneris cunctis populis: oēs qui leuabunt eum concisione lacerabuntur: ꝛ colligentur aduersus eam omnia regna terre. In die illa ait dominus percutiam omnē equū in stuporem: ꝛ ascensorem eius in amentiam: ꝛ super domum iuda aperiam oculos meos: ꝛ omnē equum populorum percutiam cecitate. Et dicēt duces iude in corde suo. Confortentur mihi habitatores hierusalē in domino exercituum deo eorum. In die illa ponam duces iuda: sicut fornacē ignis in lignis: ꝛ sicut facē ignis in paleam: ꝛ deuorabunt ad dextram ꝛ ad sinistram oēs populos in circuitu et habitabitur hierusalem rursus in loco suo in hierusalem. Et saluabit dominus tabernacula iuda ī primo: vt non magnifice glorietur domus dauid ꝛ gloria habitantium hierusalem super iudam. In die illa proteget dominus habitatores hierusalem: ꝛ erit qui offenderit ex eis in die illa: quasi dauid: ꝛ dom⁹ dauid sicut deus: sicut angelus domini in conspectu eorum. Et erit in die illa queram conterere omnes gentes que venient contra hierusalem: ꝛ effundam super domum dauid: ꝛ super habitatores hierusalem spiritum gratie ꝛ precum: ꝛ aspiciēt ad me quē confixerunt: ꝛ plangent super eū planctu quasi super vnigenitum: ꝛ dolebunt super eum: vt doleri solet in morte p̄mogeniti. In die illa magnus erit planctus in hierusalem sicut planctus adremmon in campo mageddon. Et plangēt terre familie. ꝛ familie seorsum: familia domus dauid seor-

sũ: ⁊ mulieres eoꝝ seorsũ. familie domus nathan seorsũ: et mulieres eorum seorsum: familia domus leui seorsũ: ⁊ mulieres eoꝝ seorsũ. familia semei seorsũ ⁊ mulieres eoꝝ seorsũ oẽs familie reliq̃. familie ⁊ familie seorsũ: ⁊ mulieres eorũ seorsũ.

Capitulum. xiij.

¶ In die illa erit fons patens domui dauid: ⁊ habitantibus hierusalem propter peccatum ⁊ propter menstruatã Et erit in die illa dicit dominus exercituum. Disperdam nomina idolorum de terra: ⁊ non memorabuntur vltra: ꝓphetas quoq;. Et spiritum immundum auferam de terra. Et erit cum prophetauerit quispiam vltra: dicent ei pater eius ⁊ mater qui genuerunt eum. Non viues: quia mendacium locutus es in nomine dei: ⁊ configent eum pater eius ⁊ mater genitores eius cum prophetauerit. Et erit in die illa confundentur prophete vnusquisq; ex visione sua cum prophetauerit: nec operietur vltra stola pilosa: vt mẽtiantur. Sed dicet. Non sum propheta. homo enim agricola ego sum: quoniã adam peculiauit me ab adolescẽtia mea. Et dicetur ei. Quid sunt plage iste in medio manuũ tuarum? ⁊ dicet. His plagatus sum in domo amicoꝝ meorum. framea suscitare super pastorem meum. ⁊ super virũ coherentem mihi dicit dominus exercituum. Percute pastorem ⁊ dispergentur oues. ⁊ conuertam manum meam ad paruulos. Et erit in vniuersa terra: dicit domin⁹. Partes due in ea concidentur: ⁊ deficient. Et tertia pars relinquetur in ea. Et ducam tertiam partem per ignem. ⁊ purificabo eos sicut purificatur argentuz: et ꝓbabo eos: sicut probatur aurum: ipse vocabit nomen meum. ⁊ ego exaudiam ipsum. dicam populus meus est. ⁊ ipse dicet: domĩe deus meus.

Capitulum. xiiij.

¶ Ecce dies dñi veniet: et diuidentur spolia tua in me
dio tui. Et cõgregabo omnes gentes ad hierusalem in pre
lium: et capiet ciuitas: et vastabunt domus: et mulieres vio
labuntur: et egredietur media pars ciuitatis in captiuitatem:
et reliquum populi non auferet ex vrbe. Et egredietur dñs
et preliabitur contra gentes illas: sicut preliatus est in die pre
lij. Et stabunt pedes eius in die illa sup montem oliuarum
qui est cõtra hierusalem ad orientem: et scindetur mons oli
uarum ex parte sui ad orientem: et occidẽtem prerupto grã
di valde. Et eradicabit medium mõtis versus aquilonem:
et medium eius ad meridiem. Et fugietis ad vallem montiu
um eorum: quoniã extendet se vallis montiũ vsque ad Azal: et fugi
etis sicut fugistis a facie terremotus in diebus Ozie regis
iude: et veniet dñs deus meus omnesque sancti tecũ. Et erit
in die illa non erit lux te nebulosa et opacta. erit autem dies
vna nota dño non dies neque nox: et erit in tempore vesperi
lux et erit in die illa exibũt aque viue de hierusalem media
pars earum ad mare orientale et media earum ad mare occiden.
tale: in estate et in hieme erit. Et erit dñs rex super omnem
terram: in die illa erit dñs vnus et nomen eius vnum. Cir-
cũdabit vniuersa terra sicut planities a colle Remon ad au
strum hierusalem: et exaltabit et habitabit in loco suo a por
ta beniamin vsque ad locum porte prioris et vsque ad portam
angulorum: et a turri ananeel vsque ad torcularia regis. Et
habitabunt in ea et anathema non erit amplius: sed habita-
bit hierusalem secure. Et hec erit plaga qua percutiet dñs
omnes gentes que pugnauerunt ve sus hierusalem: tabes-
cet caro sua ipso stante super pedibus suis: et oculi eius ta-
bescent in foraminibus suis: et lingua sua tabescet in ore eo
rum. In die illa erit tumultus dñi magnus in eis: et appre-
hendent vir manum proximi sui: et conseret manus eius sup
manum proximi sui: et etiam iudas pugnabit aduersus hieru-

salem ꝛ congregabuntur diuitie omnium gentium in circui tu; aurū ꝛ argentum ꝛ vestes multe satis. Et sic erit ruina equi muli cameli ꝛ asini; omniumq; iumentoꝝ que fuerint in hostibus illis sicut ruina hec. Et omnes qui reliqui fuerint de vniuersis gentibus que venerunt contra hierusalē ascendent ab anno in annum vt adorent regem dn̄s exerci tuum: ꝛ celebrēt festiuitatem tabernaculoꝝ. Et erit qui nō ascēderint de familijs terre ad hierusalem ut adorent regē dominum exercituū: non erit super eos himber. q; ꝛ si fami lia egipti non ascenderit: ꝛ non venerit: nec super eos erit. Sed erit ruina qua percutiet dn̄s omnes gentes: eo quia non ascenderunt ad celebrandum festiuitatem tabernaculo rum. Hoc erit peccatum egipti ꝛ hoc peccatum omniū gen tium que non ascenderint ad celebrandam festiuitatem tabernaculoꝝ. In die illa erit quod sup frenum equi est: sanc tum dn̄o: ꝛ erunt olle in domo domini quasi fiscinule corā altari. Et erit omnis olla in hierusalem: ꝛ in iuda sanctifica ta domino exercituum: ꝛ venient omnes immolantes: ꝛ su ment ex eis; ꝛ coquent in eis ꝛ non erit mercator ultra in domo domini exercituum in die illo. ❡ Quoniam qui dem super hic pphetia viri iudei doctores vestri perplexi non parum sunt: ita ut rabi Salomon fateri non erubescat se plures super ea opiniones vidisse quas concordare nescit. Idcirco ut eoꝝ insufficiētia seu malitia vobis magis pa teat. veritas quoq; clarius elucescat. ipsoꝝ dicta recitando modo tali procedam. Nam rabi salomonis expositiōem ad lrām recitabo cui rabi ionate aliorumq; antiquorum docto rum opiniones annectam. post quod quicuid istorum dictis per rabi dauid aut alios superadditum inueniam: ut nihil intactum remaneat: suo loco dei auxilio suppeditabo. Iudeorum expositio

❡ Inquit itaq; rabi Salomon sup terra israhel ꝛ ipso israhel prophetiam exponens. Aperi libane portas tuas ꝛ co Rabi salomon.

medat ignis teipsum: Assimulauit.n. pphета terram israel libano q est saltus. Et reges ipsius assimulauit cedris: principes asit abietibus que cedris equales non sunt equiparauit. Alios vero gubernatores assimiliauit quercubus que minoris precij aliaꝝ sunt. Et sic de gradu in gradũ descendendo pphета processit. ¶ Sed rabi Jonatan dicit: q de regibus ꝛ magnatibus populoꝝ pphета locutus est.

Rabi Jonatan Doctores thalmut.

Auctoritate tamen Thalmut asserit rabi salomon pphetã super secundi templi destructione prophetasse. Dicunt.n. q quadraginta annis ante templi destructiõem porte eius a seipsis aperiebant: aduersus quas rabi iohanã ben zachai locutus est. dicens Templum templi usquequo te ipsum confundes: scio.n. finem tuum vastationem esse: ꝛ quia super te prophetauit zacharias filius ido cuꝫ dixit: Aperi libane portas tuas ꝛ comedat ignis cedros tuos. ¶ Rabi dauid vero super hoc principio dicit esse super hac pphetia opiniões diuersas: Ni aliqui expositores ad dominiũ mecha beorum ruinam ipsam reducunt. Et aliqui ad secundi templi destructionem. alij vero ad regum populorum ruinam ipsam trahunt. ¶ Pasce pecora occisionis dicit rabi salomon: Prepara eis pastores hoc est: prophetiza ex nunc super pastores: qui ipsa pascere debebunt. Pecora aũt occisionis israel sunt: quos gentium reges ad quas eos mittã: occident: comedent: ꝛ venundabunt vnus ad alium: ꝛ non videbitur eis committere culpã: immo gratias deo referẽt dicẽtes Benedictus dominus diues factus sum. ¶ Rabi dauid vero loco isto se ad subsequentis partis expositionẽ extendens dicit. Et pascens ea non parcet eis.i. deus qui istorum pecoruꝫ occisionis pastor est: non parcet eis. Quã obrem in manus inimicorum tradentur: vt in eos suam voluntatẽ faciant. Et hoc quoniam non parcam vltra super habitantes terraꝫ.s. hierusalem: si non conuertantur: vt be

Rabi dauid

Rabi salomon.

Rabi dauid

ne faciant. ¶ Ecce. n. ego tradam homines ⁊ reliqua: que
verificabuntur qñ inter reges aliarum gentiuȝ ⁊ seipsos in
ter se interficiẽdo: concident terraȝ israel: ⁊ ego quia in me
peccauerunt: de manu eorum nõ eruam. ¶ Et paui pecus
occisionis dicit rabi salomon ꝙ omnia verba hec dei sunt
ad prophetam dicentis: Ego deus paui ipsos. s. israel anti-
quis diebus quando pauperes gregis absq̃ dubio erant. Rabi salomon
¶ Et assumpsi mihi duas virgas: nã post dies aliquos ꝓp
ter peccata eoꝝ in duo regna eos diuisi. quarum virgaruȝ
vnam mitẽ vocaui: quia. s. ierobobam pollicitus est mite ⁊
parce super eos regnare. Alteram vero vocaui. que demo
litur: ꝓpterea qꝛ roboam salomonis filius minatus est sup
eis acre dominari. Appellauit autem reges nomine virge
cum pastoꝝ moris sit virgis vti. ¶ Super hac vero parte Rabi dauid
dicit rabi dauid ꝙ aliqui doctores voluerũt hũc discursuȝ
ꝓ pterito sup israel exponere: inter quos cõpletã expositõ
nẽ non inuenit. Sed particula illa dicente. Propter hoc o
pauperes gregis. sicut rabi salomon declarata dicit. Et as-
sumpsi mihi duas virgas. cũ. n. moris sit pastoꝝ virgis vti
volens deus israhel pascere assumpsit sibi ex eis duas qua
rum vnam mitẽ: alteram vero que demolitur: appellauit.
hoc est modo mite modo acre scd̃m opera eoruȝ ipsos pas
cebat. Et succidi tres pastores in mense vno hoc est pro
pter peccata eorum indignatus: interfeci suorum regũ tres
in mense vno qui ela filius bagasa ⁊ zimiri: ⁊ tueni filius gi Rabi dauid
mat: fuerunt. Rabi dauid vero dicit istos tres pastores fu-
isse ioacaȝ ⁊ ioachim tres filios iosie q p inimicoꝝ manus
pierunt cũ qbus in primo templo domus dauid regnum
finẽ habuit. dixit autem in mense vno propter temporis pau
citatẽ quo regnauerũt: quia viginti duobus annis dumta-
xat: ⁊ mensibus quattuor: vt historie narrant.

¶ Et contracta est anima mea in eis dicit Rabi Salo- Rabi salomon

deficient: et tertia pars relinquetur in ea. et ducam tertiã partem in ignem: et reliqua que a doctoribus vestris precipue rabi ionata pro vniuerso orbe prout sonant: interpretantur. A quibus expeditus propheta vltimum inuadit capitulũ in quo predictum mysterium gog diffusius enarrat cum inquit. Ecce dies veniet dño et diuident spolia tua in medio tui: et reliqua. Narrãs qualiter ea die qua prefata mysteria deus verificare voluerit: spolia hierusalem in medio sui: a gentibus contra ipsam venientibus: diuidentur. Permittet enim deus tunc propter christianorum peccata vt id facere possint capiantq̃ ciuitatem: et mulieres violẽt: necnõ et omnia alia a propheta hic enarrata. Attamẽ media pars populi a ciuitate non auferetur. Post autẽ hec dicit propheta q̃ egredietur deus: et contra gentes illas preliabitur: sicut preliatus est in die prelij scilicet faraonis in exitu israel de egipto: prout vestri aiunt. Et deinde asserit q̃ pedes eius videlicet dei stabunt in die illa super montem oliuarum: vbi scilicet steterunt quãdo pro mundi saluatione hierosolimã glorificari venit. qui quidem mons ex parte sui: sicut propheta refert: scindetur: vt gentes illas deuoret: quẽadmodum per alias prophetias habet quo facto: sicut rabi ionatan ait: immediate claudetur. Eam autem diẽ qua hec cõsumanda erunt: propheta describendo inquit: q̃ nõ erit dies nebulosa et compacta: sed erit dies nota domino non dies neq̃ nox. nam: quemadmodum rabi dauid ait: non in tuto neq̃ in totali angustia ea die iusti erũt. Erit tamẽ in tempore vesperi lux: propterea quia eo tempore quo signa et prodigia in vltimo magnitudinis erũt: electis ipsis lux erit. Tunc. n. in dño saluabunt. Vnde pro vr̃e salutis instrumẽto egressum aquarum viuarum de hierusalẽ propheta iterum assignat cũ quibus baptizabimini et sub vño pastore iesu xp̃o cũ christi

Quarti capituli expositio.

anis vniermim. Pro quo propheta cõsequenter ait. Et erit dñs rex super omnem terraʒ in die illa erit dominus vnus ꝛ nomen eius vnum. Et deinde cum alijs prophetis se cõcordando propheta super hijs que de eleuatione hierusalem tunc miraculose fient: inqt. Circundabit vniuersa terra sicut planities ꝛ reliqua. que a doctoribus vestris etiã materialiter sicut sonat interpretatur. Post que verba reuertit propheta vt narret quandam aliam plagã qua gentes illas cum gog venientes vltra alias deus percutiet. Et est plaga que tabes appellatur. erit autem tabefactõ ꝛ resolutio subita: prout vñ aiunt: ita q ipsis existentibus super pedibus suis cadent. Et cuʒ hoc erit tumultus dñi magnus in eis tali modo q sicut rabi salomõ ait inter se interficient quibus etiaʒ plagis innuit ꝑpheta q lacetabitur iudas illis scilicet qui cum gentibus illis contra hierusalem venient. ipso dicẽte Et ẽt iudas pugnabit aduersus hierusalẽ. quasi diceret. Et etiam iudas qui aduersus hierusaleʒ pugnabit plagis his percussus erit. Et confirmatur hec ratio ex eo quia de ipsius inde contra hierusalem aduentu: propheta notitiam i. m dederat: cuʒ supra dixerat. Sed ꝛ iuda erit in obsidione super hierusalem. Quamobrem id hic iteꝝ ꝓ eodem ꝓposito replicare non oportebat. Nec etiam rabi dauid expositio sup loco isto quicq̃ valet. Nam vt bene intuẽti patet cũ verbis ꝑphetie cõsentanea non est. Cũ aũt cõsequẽter ait ꝑpheta. Et omnes qui reliqui fuerunt de vniuersis gentibus que venerunt. contra hierusalem ascendẽt ab anno in annum vt adorent regem dñm exercituũ ꝛ celebrẽt festiuitatem tabernaculoꝝ. Innuere vult q saluatio remanẽtiũ de mẽse septẽbris erit. quo. s. tabernaculoꝝ festũ in antiqua lege celebrabaẽ. hij. n. miracula que cũ eis deꝰ tunc faciet videntes. hanc deuotionem accipiẽt: ꝛ singulis annis eodem tempore deuʒ adorare venient. queadmodũ

Rabi david ait Debetis tamē animaduertere q̄ cum tabernaculoꝝ celebratio cerimonialis esset a tempore publicationis euangelij cessauit, ita q̄ de eadē celebratiōe ex ca dem causa: qua antiquitus celebrabat. propheta nō loquitur. Sed de illius diei celebratiōe: quē in memoriā tantoꝝ miraculoꝝ ⁊ bonoꝝ eis cōcessoꝝ annuatim sic remanentes obseruabūt, immo ad id sic obligabunt: q̄ si quis nō venerit: penam luet. propheta dicēte. Et erit qui non ascenderit de familijs terre ad hierusalē vt adorēt dñm regē exercituum: nō erit sup eos ymber. Et deinde asserit propheta q̄ argentum ⁊ aurum: ⁊ omnia alia bona ab illis gentib⁹ i hierusalem remanentia: ad diuinum cultum offerentur. ipso dicente. In die illa erit quod super frenum equi ē. sanctū domino: ⁊ reliqua. vbi per ollas quas ibi nominat: calices et alia vasa ad vini poculum apta intelligit. ⁊ per immolantes intelligit agnum dei. s. christi corpus p̄ eucharistiā sacrificātes. Dixit autē. Et coquent in eis: ad denotandū charitatis ardorē: quo ab omnibus tunc sacrificium hoc celebrabitur. Qua de causa hoc dicto pphēta prophetiā astringit: videlicet. Et nō erit mercator vltra in domo dñi exercituū in die illo. vt innueret q̄ de diuino cultu industria tunc nō fiet: missas sc3 ⁊ alia ecclesiastica: quēadmodū vsq̄ tūc fiet: pro pretio dando. Et hoc quidem erit ex charitatis religionis ard. ⁊c: qui in omnib⁹ eo tpe vigebit: quo mediāte oia hec sola deuotione fient. ac etiam ex argenti ⁊ auri copia: que in ecclesijs reperietur: ⁊ sic dictionem illam chenaganí hebraice bene exponunt vestri. illi scilicet qui pro mercatore ipsam accipiunt. necnon ⁊ illi qui illam diuidendo. dicunt q̄ idem significat quod en can gani: hoc est non ē hic egenus. Hee enim due expositiones prophetie sensui consone sunt. secus autem est de aliorum expositionibus cum in illis nihil veritatis inueniatur. Uos itaq̄ pro an̄marū ve

strarum salute varietates ꝛ confusiones coꝝ hic ꝛ in omnibus alijs prophetijs attingere omni studio conamini. Ego enim ad id patentem ianuam vobis aperui per quam si intraueritis. non dubito quin ad salutis portum: per eā dei auxilio ducamini.

Explicit secunda pars.

Incipit tertia pars

Prologus tertie partis.

q

Quoniam dixeram in hac parte: de his que xpi mysterium aliquo modo in figura tangūt velle vobis notiam tradere. postq̄ꝫ enim aliarum ꝑphetiarum que litterali sensu id demonstrant: sufficientē doctrinam vobis dederim me speculationem hanc licite vtiqꝫ agredi posse arbitroꝛ. Idcirco dico ꝙ nulli sane mētis ambiguum esse debet. quin antiqua lex noue legis christi figura sit. Aliter enim concedere cogeremur ꝙ misteria in ipsa ꝯtēta fabulas potius q̄ꝫ religionem parturirent. necnon ꝙ plura frusta ꝛ absqꝫ certo fine a deo operata fuissent. quod quidem dicere nefas esset. Assignetis obsecro causam: ꝛ amen d cam. Quare in semen abrahe. plusq̄ꝫ in omnes alios populos deus elegerit: cum inter ceteros debilioꝛ atqꝫ minimus esset. moyse deuteronomij. vij. dicente. Non qꝛ cunctas gentes numero vincebatis. vobis iunctus est dominus ꝛ elegit vos cum omnibus sitis populis pauciores nisi ꝛ scamus quia totius mundi salus christus iesus in iudea nascendus erat. Pari quoqꝫ modo ꝛ miracula per ipsum deum vobiscum facta. Ad quid dicite: nisi vt ad miraculum maximū incarnatōis sue: ꝑ quod saluandi eratis vos disponeret. Nūqd nō fatuū dicere putatis ꝙ tot ꝛ tāta mysteria deus in mundo opatus ēēt: solūmō vt tēporalibus bonis vos abundare faceret. absit ab eo. Immo ꝛ vestri rabi propte-

rea dicunt q̄ omnia queuncq̧ in sacra scriptura continenť ad messiam referuntur. Uerumtamen ne peccatū quod cō tra eundem messiam cōmittere debebatis: ad perpetuā dā natione vos penitus obligaret. placuit diuine maiestati: nō omnia que ad mysteriū illud pertinebant; aperto sermone explicare. sed q̄ plurima eorum in figuris prefigurare. vt si quis intantū in earū speculatione diligenter vacaret. dum mō luminis veritatis gratie particeps effect⁹ eēt indubitate intelligeret quālibet sacre scripture dictionē aliqd huius modi sacri mysterij in se quodāmodo continere. Ego autē cum ad tanti debiti solutionē pluribus de causis me impo tētē iudicē: tale onus sup humeris meis capere recusaui. s̄z ex hijs dumtaxat que absq̧ nimia speculatione: id parturire videntur: vobis noticiam tradere decreui. eas quoq̧ rationibus approbare nō conabor: cū gratia ⁊ fide: magis q̄ speculatione: ipsarum noticia consequatur. ⁊ si ab aliquib⁹ apparentibus rationibus vacue aliquē non transibunt. Mor̄ de causis vos a receptione baptismi detinētib⁹ cum suis remedijs sermo moraliter fiet; quibus presens pars ⁊ totius compendij materia finem habebit.

¶ Uersando itaq̧ circa figurarum propositū. Dicite q̄ so quid sibi voluit scriptura: cum sui principio inquit. Be resit barac lol: im. Latine. In principio creauit deus. vbi hoc nomine elohim quod pluralitatem significat vsa est. Et paulo post cum dixit. Faciamus hominē ad imaginem ⁊ similitudinē nr̄am. nisi pluralitatē personaꝝ in diuinis no bis intimare voluerit. Qd̄ si cū aliq̄bus doctorib⁹ vr̄is dicetis deū hoc mō loquēdi vsū eē. ꝑpterea q2 celestē famili am consuluit. dictum vestrum nullum est. cum omnia celestia deo seruiant. ⁊ coꝝ consilio ipē nō indigeat. Necnō ⁊ id qd̄ a modernis. puta rabi dauid ⁊ rabi moyse gerundēsi: suꝝ loco isto dicitur. Uanum est. quia volunt deum tunc

Figura pma.

Scda figura.

Rabi dauid

Rabi moyses

cum terra locutum esse eo quia τ de diuino τ terreno homo cōpositus sit, fatuitas.n. dicere est: q pro hominis creatione deus terram sibi coadiutricem assotiaret. Ex eo preterea q ad imaginem τ similitudinē nostram dixit, ubi hebraica habet Bezalmenu chidmutenu, aliud significare nō intendit, nisi christi crucifixi imaginem τ similitudinem que ab initio τ ante secula in diuina mente fuit. Non enim ignoratis dictionem illam Bezalmenu idem quod in crucē nostraz in latino significare, ex qua christi figuratur passio, cuius necessitatem vt infra capitulo. iij. habetur primi parentes, del mandatum non obseruantes causauerunt. Causas quoq quare capitulo. iiij. ad munera abel que de primogenitis gregis fuerit, τ non ad munera caim eius fratris, deus respexit, a doctoribus vestris audire cuperem, cum nulla alia esse potuerit, nisi vt dilectionem suam erga mundum figuraret, quia filium suum primogenitum christum scilicet iesum pro mundi redemptione oblationem dare debebat. Cumq ad habraham, xiij. loquitur dicens Faciam semē tuum sicut puluerem terre: si quis.n. hc minus pōt puluerē terre enumerare, semē quoq tuum numerari poterit. De quo semine nisi de eo quod per xpi fidez ad ipsum venturu erat: loqui pōt. Certū est enim q semen abrahe secundū carnem licet magnum fuerit, nunq ad tantaz peruenit multitudinez vt sermo hic super eo verificari potuisset. Quod aūt de eodem semine xpi deus intelligeret, per sacramenti altaris mysterium quod infra capitulo. xiiij. figurauit: certificamur, vbi ait At vero melchisedech rex salem proferens panem τ vinum: erat.n. sacerdos dei altissimi. Assignēt preterea vestri si possunt rationem propter quid subsequenti capitulo volens deus de promissis signum abrahe dare: dixit ei vt sumeret sibi vaccā triennē τ caprā τ arietē ouinē q. etiā triū aūt trinitatis mysteriū p id figurare voluisset. Di

Tertia figura.

Quarta figura.

Quinta figura.

cont insuper mysteriū tenptationis abrahe qd capitu. xxij. continetur quid importare velit, ignorabat ne forte ipsius voluntatem deus: Propter quod ipsum probare oportebat Quidue sibi voluit deus eum in terram morie illuz mittere: quia tertia die plusq̄ alia illi locum ostendit: Cumq̄ ysaac de immolando agno vbi esset patrem interrogauit: quid sibi voluit abraham quando respondit. Deus videbit sibi agnum pro holocausto nisi xp̄i agni mysteriū figurare: erat enim ysaac patri abrahe vnigenitus et christus hiesus deo patri similiter vnigenitus fuit. Ysaac de precepto dei in mōtem hierusalem vt imolaretur ductus fuit. Et christus hiesus in monte hierusalem immolatus est. Ysaac de immolando agno patrē interroganti: responsum fuit. Deus videbit sibi agnum pro holocausto, propterea quia filiuz suum hiesum qui agnus ad tolenda peccata mundi immolādus erat in mente sua videbat. Die quoq̄ tertio vidit abrahā locuz procul eo quia agnus dei hiesus tertia die a mortuis resurgens: videndus erat. Et hūc quidem agnum Nonne exo. xij. per agnum pascalem figuratū habemus: filijs israhel in primum preceptum datuz vt in nocte ab egiptiaca seruitute liberationis euz conditionibus ibidem assignatis ipsuz comederent. Ad denotandum q̄ fuit ea nocte pro corporali liberatione tale mysterium constitutum in figuram et signum agni dei mysterij qui pro spiritali liberatione similiter tēpe immolandus erat: et vt hoc clarius ostenderet, nosq̄ super eo magis attentos redderet. eas cōditiones quas videmus in dicti agni commestione assignauit. Et deinde moysem innuere videmus debere sacrificium agni pascalis vsq̄ solummodo messie aduentuz a iudeis celebrari, et hoc per verba illa dicentia Et custodiens verbum istud in preceptum tibi et filijs tuis vsq̄ in seculum. ¶ Ubi rabi moyses gerundensis ait q̄ per verbum istud agni pascalis

Sexta figura.

Septiā figura.

Rabi moyses gerundensis.

immolationez moyses intellexit. Vosq3 non ignoratis intē
tionem doctorum vestroꝝ esse ꝙ vsq3 ad messie aduentū
seculum vnum vocetur: ita ꝙ cum vsq3 in seculum moyses
dicit. de seculo quod messie aduentu finire debet: intellexit
Nunquid non etiam ꝛ vos dictis messiam pascali tempo-
re venturum esse: post cuius aduentum dicitis non esse vl
tra egipti mysteria memoranda: ꝛ hoc ex sacre scripture au
ctoritate affirmatis dicentes ꝙ propter messie mysteria id
erit: ucenon ꝛ propter nouam legem eius quā exodi. xxxij

Octaua figura per fractionem primaꝝ tabularum ꝛ secundatione ipsarū:
a moyse figuratā habemus. Non. n. licebat moysi tabulas
frangere. cuȝ opera manus dei essent. Scriptura paulo an

Rabi moyses te dicēt Et factus opere dñi scriptura quoq3 dei erat sculp
ta in tabulis. ¶ Vbi rabi moyses gerundensis dicit fu
isse illud ibi recitatum vt earum excellentia ostēderetur. de
qua moyses a furore uinctus vituli causa nihil curauit. ꝗ-
nis dictū hoc pro tanto mysterio paꝝ valeat nam ex excel
lentie tabularum rememoratione non earum fractio a moy
se sequi debebat. Sed potius earum aliquo sacro loco con
seruatio quousq3 dei ira placata fuisset. Quapropter con-
cludere debemus ꝑ primas tabulas a moyse fractas fuisse
veterem legem figuratam. que ꝗuis diuinum esset opus.
debebat tamen post ipsam noua lex dari quā secunde tabu
le que stabilitatē ꝛ ꝑmanentiā habuerunt. figurarunt. Cō
tinebat autem in secundis tabulis id idem quod in primis
vt prefiguraretur ꝙ in secunda lege mandata illa decē mu

Nona figura tanda non erant. Voluite deinde oculos obsecro ad nu-
meri sextum: ꝛ considerate quid sibi voluit moyses instru-
ens aron ꝛ filios eius ex dei mandato super modo benedi
cendi populum israel: cum inquit. Benedicat tibi dominꝰ
ꝛ custodiat te. Ostendat dominus faciem suam tibi ꝛ mise
reatur tui. Conuertat dominus vultum suum ad te: ꝛ det

tibi pacem. Nonne sufficiebat ei dei nominis semel memoriam facere et cum eo omnes has benedictiones associare: nisi per trinam dei nominis commemorationem trinitatem personarum in diuinis figurare voluisset: Sed cum trinitas hec cum vnitate essentie esset: ad id deinde tandem concludit Et dicit. Inuocabuntque nomen meum super filios israel: et ego benedicam eis. vbi nomen meum singulari numero profert Post autem hoc capitulum. xviiij. agredimini vbi de vacce ruffe mysterio et aque aspersionis mentio fit. ¶ Quo quidem loco doctores vestri perplexi sic sunt. quod rabi moyses gerundensis se excusans post multa verba talia fatur. Nos autem propter peccata nostra polluti in captiuatione sumus: ita quod sanctitatis munditiem ignoramus quousque super nos spiritus ex alto excitetur: effundatque dominus super nos aquam mundam: et mundemur. Vos autem doctoris huius verba ponderare debetis. et cum christiana veritate hic dicere quod per vaccam rubeam integram nullam in se maculam habentem que in remissionem peccatorum vniuersi populi immolari publice debebat. christus hiesus qui rubens et absque macula in remissionem peccatorum mundi publice immolandus erat: figuratus fuit. Et per aquam aspersionis fuit aqua baptismatis figurata cum qua venialia peccata de quibus mentio hic expresse fit: formaliter delentur. Cumque etiam meditando considerabitis serpentis mysterium quem moyse capit. xxi. ex dei mandato in perticam positus est: vt siquis a serpente morsus esset ignito: aspiceret illud et viueret. Quid super eo dicere potestis. nisi quod christi hiesu in cruce pendentis: per cuius intuitum eius fideles a morsibus temptationis satane sanantur: figura fuerit: Numquid non cum alio nature minus repugnante poterat deus ab ignitis serpentibus percussos sanare: vtique poterat. Sed quemadmodum rabi moyses gerundensis ait: miraculi excellentiam patefacere voluit: eos. s. contra

Decia figura
Rabi Moyses gerundensis.

xi. figura.

Rabi moyses gerundensis

nature cursū sanando. certum est enim sicut per medicā ha betur scientiam ꝙ morsus a serpente per serpentis intuitū ledi ⁊ nō iuuari debet: ea de causa qua morsus a cane ra bido per canis intuitum leditur. cuius ratio ē. quia omne si mile mouetur per sui similis intuitum. mouetur enī sanguis per intuitum rubei obiecti: et melancolia per intuitum obie cti nigri: ⁊ sic de singulis. Cum hoc quoqꝫ adest imagina tio que casum facit. Nam qui ab aliquo venenoso animali mordetur: in aspiciendo illud. immo in re memorando com mouetur. et infra se conturbatur. Erat insuper serpens ille: animalis venenosi similitudinem habens. q̄uis veneno ca reret vt figuraret christum ihesum qui q̄uis assumpta car ne peccator esse videretur: non erat in eo iniquitas aliqua reperiendo. Cum ergo figurato: figura correspondere de beat. ideo placuit diuine maiestati: vt quemadmodum figu ratum debebat esse omni nature repugnans. sic ⁊ figura na ture repugnaret.

xij figura. ¶ Parabolam rursus balaham contemplate queso: cuꝫ in capitulo. xxiiij. inquit. Uidebo ipsum sed nō modo intue bor illum: sed non prope: orietur stella ex iacob: ⁊ consur get virga de israhel: quam messie per vos expectati docto
Iudei res vestri attribuunt. ⁊ si in christo ihesu nazareno euacua ta sit. certum ē enim ꝙ balaham cuꝫ magus eēt: ⁊ illud qđ predicebat: esset in longum tempus verificandum. hoc mō loquendi vsus est. quasi diceret. Uidebo eum. sed nō nunc scꝫ ego ipse. non enim prope est mysterium: vt possim illud ipse videre. videbūt tū illud posteri mei qui a me descēdēt magi: quia eo tēpore quo virga hec de israel cōsurget. stel la in celo orietur: que illis manifestabit: per quā eum: qui hic per virgam figuratur: videre ⁊ adorare ibunt. Illi enīꝫ vni uersus mundus subiicietur: et hoc munere voluit balahā. eū eius. Et vastabit oēs filios seth a quo scꝫ oēs omū habuerūt

Quod autem hec omnia in xp̄o verificata fuerint: euange
lia nobis indubitatum perhibent testimoniū. nec obstat q̄
hodierno die xp̄iane fidei; vniuersus orbis nō subiacet. fuit
enim id apostolorum tempore verificatū: et vltra illud post
antichristi bellum verificabitur: ita q̄ testante scriptura: in
eternum stabit. Uos autem modum loquēdi parabole hic
considerate. quoniā non nomine israhel seu iacob vos ap-
pellat. Sed nomine heber eū vastabitq; hebreos inq̄t. vt
denotet q̄ tempore illo quo parabola verificanda erat: de
bebatis nomen israhel et iacob amittere. propterea quia a
via domini recessuri eratis: quod quidem post christi aduē
tum verificatū videtis. fuerunt enim nomina hec a vobis ī
christi fideles translata: sicut hodie comprobatur ¶ Ue
nite adhuc obsecro: et diuina misteria mecum considerate — xiij. figura.
que tot et talia sunt. vt vsq; ad particularia que per christi
ecclesiam constituenda erant: se declararet. precipit eniz
moysi. xxxiij. capitu. vt de mansionibus filiorū israel in de
serto factis perpetuam memoriam in libro faceret. Sup
qua materia doctores vestri multa vana dicunt. Nam ra- — Iudei
bi Solomon auctoritate rabi moysi hadarsan dicit id factū — Rabi salomon.
fuisse: vt dilectio dei erga iudeos ostenderetur. quia quam
uis quadraginta annis: eos per desertum duxerit. ne tamē
illos superflue fatigaret. noluit eos: nisi bis quadragita mā
sionibus ventilare. Hoc autē dictum nullum ē eum dei di-
lectio et misericordia eum eis ex multis alijs q̄ mansionib⁹
his visa sint. Rabi moysi cordubensis quoq; opinio vana ē
cū dicat id factum fuisse; vt eo mediante miraculoꝝ dei in — Rabi moyses
deserto factorum: in perpetuū memoria haberēt. quasi o- — cordubensis
pera dei: et sui miracula hac frivola testificatione indigerēt.

Unde rabi moyses gerundensis videns non posse hic ra- — Rabi moyses
tiones aliquas: saltē apparentes pro suo proposito assigna — gerundensis.
re: dicit q̄ ex aliqua secreta causa nobis ignota harū man-

tionum hic mentio facta fuit. Quãobrem mecũ xp̃ianam veritatẽ sequẽdo dicere debetis: mantiones has stationes q̃ a pontificibus i quadragesima ordinande erãt. figurare. Quẽadmodũ. n. veteri lege: ꝑut infra videbitis: quadragesima figurata fuit. sic ꝛ stationes singulis diebus quadragesimalibus sñede figurate fuerunt. ¶ Cõsequenter ad deuteronomiũ sextum pergite; ꝛ moysi animaduertite verba

xliij. figura.

cum israhel instruit. super eo quod de diuina essentia sentire ꝛ credere debebat. Inquit enim. Audi israhel deus: deꝰ noster: deus vnus est. Certum est enim q̃ a nullo recte intelligenti potest ex his verbis alia sententia capi: nisi q̃ trinitatem personarum in diuinis cum vnitate essentie. moyses denotare voluerit. Nam si diuinam vnitatem duntaxat seclusa quacunq; pluralitate: ostendere voluisset: potuisset id verbis bis sufficienter explicare. videlicet. Audi isi ̃ deus noster vnus est. Cum autem sic non fecerit. sed diuinum nomen ter expressserit: ꝛ illa postmodum cum vnitate conclusert. non dubitatur quin id quod vobis dico: suum fuerit intentum. Et hac de causa vt auditores bene attentos redderet. inquit. Audi israhel. quasi diceret. Aduerte id quod tibi dico: ꝛ crede: de eoq; apud te memoria sẽp sit Pro q̃ subseq̃ẽter ait. Eruntq; verba hec que ego p̃cipio tibi hodie in corde tuo: ꝛ narrabis ea filijs tuis: ꝛ meditaberis in eis sedens in domo tua: ꝛ ambulãs in itinere: dormiensq; atq; consurgens. Quod quidem fecit moyses vt innueret q̃ dicentes vnitatem trinitas non turbat. numerus enim ille essentiam non multiplicat. necnon ꝛ dicentes trinitatem intuitus vnitatis non arguit. Nam vnitas illa trinitatem non coofundit. Dixit ergo. Audi israhel. id est crede. hoc enim sacramentum magnum est: quod quidem credere oportet. De absoluta vero dei vnitate potius scientia q̃ credulitas quodãmodo est. Propter quam vt audito-

res ad fidem excitaret: tantam attentionem predicare non
non oportebat. ¶ Venite post hec: et videte: considera xi.figura.
teq; quid sibi voluit moyses nono τ decimo capitulo cũ re-
citat: ipsum ter in monte stetisse. τ singula vice quadragin-
ta diebus τ quadraginta noctibus ieiunasse. Et nos in li-
bro exodi non reperimus id nisi bis fuisse. Unde dico cre-
dendum ac verisimile esse q͗ hoc fecerit moyses: vt hodier
num ieiunium quod ad instar primoꝝ per ipsum moysen:
τ per christum factoꝝ: per christianos celebrat̃. figuraret
Quẽadmodũ eniȝ de hoc tertio hic recitato asserit q͗ ex se
τ nõ per directũ a deo fuit. ipso dicẽte. Ego aũt steti in mõ
te τ reliqua. sic τ hoc hodiernũ ieiunium quod tertiũ ẽ: nõ
debebat per directũ a deo: ſȝ ab hoie. s. a pontifice cõstitui.

¶ Deniq; in penthateuco verba moysi deuteronomij xvi.figura.
xxxiij. Attendite cum in benedicendo populũ talia fatur.
Dominus de sinai venit: τ de seir ortus ẽ eis. apparuit de
monte pharan: τ cum eo sanctorum milia. ex dextera eius
ignea lex eis. etiam diligit populos: omnes sancti eius in
manu tua. ipsi auteȝ percussi erunt tui causa: patientur pro
pter te. legem precepit nobis moyses hereditatẽ cõgregati
onis iacob. Et fuit in iesurum rex cõgregatis ꝑncipib⁹ po-
puli simul cũ tribubus israhel. Que verba τ si a doctori
bus vestris positiue exponant̃: dicentibus q͗ deus voluit
esau qui erat in seir: τ ismaeli qui erat in pharan, primo le-
gem dare. quam cum recipere noluissent. recessit ab eis: τ
ad israhel qui recepit eam venit. τ sic de alijs fabulis ab il
lis hic recitatis. Attamen dico vobis q͗ magna mysteria
in se continent. diuidit enim sermo totus in partes princi-
pales duas. nam in prima quedam epiloganturmysteria:
que vsq; tunc in lege figurata erant. In secunda vero cuȝ
inquit. Etiam diligit populos quedam predi cuntur: que
futurorum mysteriorum nondum figuratorum figura sunt.

Dicit itaqꝫ in prima parte ꝙ deus; vt cum filijs israbel lo queretur; primo de sinai venit; vbi in ignis forma apparēs illis legem dedit. pro quo dixit. Ex dextera eius ignea lex eis. Et deinde in monte seir apparuit eis ea figura qua i se cundo aduentu glorificaturus erat. scꝫ in cruce pendens ⁊ hoc cum serpente; quem in deserto moises ex dei mandato exaltauit. quod quidem fuit; circuendo israbel montem seir vt numeri habetur. xx. pro quo dixit. Et de seir ortus ē eis Et cum subsequenter ait. Apparuit de monte pharan. exp̄ mit moyses aliud mysterium; quod in solitudine pharan fi guratum fuit. de emissione. s. spiritussancti xp̄i in discipulos suos; ⁊ hoc per spiritus sancti in septuaginta senes effusio nem; prout numero habetur. xi. In secunda autem parte gentium ad christi fidem vocatio a moyse figuratur; cuꝫ in quit. Etiam diligit populos; quasi diceret. Non putes q̄ solum te deus diligat; ita vt velit suorum beneficiorum te tantum participem esse. Sed etiam populos diligit. facietqꝫ suis bonis eos frui. Cuius rei modum assignando sub dit. Omnes sancti eius in manu tua ⁊ reliqua. eo enim tē pore quo misterium hoc consumandum erit. omnes sancti eius erunt in manu tua. eo quia ex te exibunt. hi autem san cti eorum sanctitatem te ignorante; tui causa percussi erūt necnon ⁊ ipsemet christus propter te; ⁊ tuam iniquitatem patietur. Et quo ea lex que filijs israbel tantummodo da ta erat; debebat etiam congregationi iacob in hereditatem imparriri. ⁊ hoc est quod subsequenter ait. legem precepit nobis moyses hereditatem congregationis iacob. quasi di ceret ꝙ gratia illa que tantum nobis. scꝫ filijs israbel de q̄ bus ipse moyses erat. data fuit. efficietur tūc hereditas cō gregationi iacob hoc est; congregationi ex omnibus christi fidelibus simul cum bonis iudeis facte; que congregatio iacob vocari debebat. Quem quidem loquendi mo

dum doctores vestri thalmut: quẽadmodum rabi moyses gerunnensis hic testatur: bene animaduerterunt. dicentes ꝙ non dixit domus iacob seu seminis iacob. Sed congregationis iacob vt populorum congregationem cum israhel in ea lege figuraret. quorum collectio congregatio iacob vocabitur. Quamobrem concludendo ait. Et fuit in iesurun rex congregatis principibus populi simul cũ tribubus israhel vt innueret ꝙ facta ista congregatione populoꝝ simul cum israhel: erit deus in iesurun rex. nam: quemadmodum rabi gerunnensis ait: dictio illa rex ad deum refertur: qui rectissimorum rex est. dictio enim illa iesurum idem quod recti seu rectissimi latine significat. Appellat itaqꝫ omnem congregationem xp̃i fidelium rectissimos. q̃uis diuersarũ nationum sit. ¶ Procedite deinde vlterius ⁊ considerate quid sibi voluit samuel regnum primo capitulo. viij. cum super petitione regis sibi a populo facta: deum orauit nec non ⁊ responsum quod a deo habuit dicente Audi vocem populi in omnibus que loquetur tibi. non enĩ te abiecerũt Sed me ne regnem super eos. Nunquid non de sua natione regem querere illis licebat. Moyse deuteronomij. xvij dicente cum ingressus fueris terrã quam deus tuus dabit tibi: ⁊ dixeris. Constituã super me regẽ sicut habent omnes per circuitum nationes eum constitues quẽ dominus deus tuus elegerit de numero fratrum tuoꝝ nisi ꝙ voluit hic vestram xp̃i regni electionem figurare. que in patribus vestris verificata fuit. cum pilato dixerunt. Non habemus regem nisi cesarem ⁊ hoc per particulam illam dicentem. Nõ.n.te abiecerũt. Sꝫ me ne regnẽ sup eos. Et vltra hoc figurauit liberꝫ arbitrium qđ sup id vobis concedebatur. ⁊ hoc cum dixit. Audi vocẽ populi in omnibus que loquet̃ tibi. Et postq̃ eligendi facultas vobis data erat: ⁊ debebatis cesarẽ eligere. Jdcirco ea que sub regno illo passuri era xvij. figura

tis:etiam vobis figurauit. Cum paulo post inquit. Verū tamen cōtestare eos et predic eis ius regis qui regnaturus est super eos. Quod quidem ius parum infra cum verba domini ad populum samuel retulit:bene explicatum est. dicit enim. Hoc erit ius regis qui imperaturus est vobis:filios vestros tollet:et ponet in curribus suis. facietq sibi equites et precursores quadrigarum suarum:et cōstituet sibi tribunos et centuriones et aratores agrorum suorum et messores segetum. et fabros armorum:et curruum suorum. filias quoq vestras faciet sibi vnguentarias et focarias et panificas. agros quoq vestros et vineas et olíueta optima tollet et dabit seruis suis. Sed et segetes vestras et vinearum reditus adecimabit vt det eunuchis et famulis suis. Seruos etiam vestros et ācillas et iuuenes optimos:et asinos auferet et ponet in opere suo. Greges quoq vestros adecimabit:et vos eritis ei serui. Cū itaq predicte angarie sub rege saulo quem tunc habuerunt:vise non fuerint. Sequitur q de his que sub cesareo regno passuri eratis:omnino loquatur. precipue cum subsequēter dicat scriptura. Et clamabitis in die illa a facie regis vestri quē elegistis vobis:et nō exaudiet vos dñs in die illa. eo quia petistis vobis regem. Quod quidem dictum significatiuum est propositi vobis predicti quia. s. postq deum recusastis in regem vestrum:et cesarem elegistis. quādo a facie regis a vobis electi clamabitis:deus vos non audiet. Sicut hodie comprobatur.

xviij. figura. Quid ue indicare voluit esayas sui libri pricipio cū celis et terra cōnocatis inquit. Cognouit bos possessorē suum. et asinus presepe dñi sui:israel autē non cognouit. et populus meus nō intellexit. Non. n. dubitatur q locum natiuitatis dñi nři iesu christi figurare voluit:qa. s. apud presepe esse debebat:vbi et bos et asinus insimul comedentes starent. Qui quis bestie essent:debebāt quasi rationales ipsum cognoscere:et il

lius ꝑfectionem contẽplari. Sed israhel q̄ non obstante ꝙ rationalis esset, fuissetq̃ tanq̄ popul⁹ a deo electus de illi mysterio pluries instructus ipsū nō cognouit. Quod aūt ꝓphete intẽtio hec fuerit. ex modo loq̄ndi sui manifeste colligit. Nō. n. dixit: Cognouit bos possessorē suū: ⁊ asin⁹ ꝑsepe dn̄i sui: isrl̄ aūt me n̄ cognouit: s3 dixit. isrl̄ n̄ cognouit: popul⁹ me⁹ n̄ intellexit. ¶ Uerba q̄3 sua meditando legite. cū xix. figura. capi. xxxiij. inqt. Audite qui lōge estis que fecerī: ⁊ cognoscite vicini fortitudinē meā: ⁊ reliqua. vbi ait. Quis habitabit ex nobis cu3 igne deuorante: Quis habitabit ex nobis cū ardorib⁹ sempiternis. Per que diuinitatē que in terra carne assumpta nobiscu3 habitare debebat: figurare voluit Nūquid nō moysi memores estis qui ignē deuorātē3 deū appellat. Et cu3 diuinitas hec humanitati cōiungi deberet ideo paulopost esayas ait. Regem in decore suo videbunt oculi tui hoc est videbunt regem tuum qui homo apparēs diuinitate decoratus erit. Hoc aūt mysterium cum tantum iustis ⁊ perfectis cognitum esse deberet, iccirco dixit. Qui ambulat in iustitijs: ⁊ loquitur veritatē ⁊ reliqua. isti enim qui cum igne illo deuorāte christo. ihesu habitare poterūt. xx. figura. ¶. Id insuper idem ab ezechiele primo habemus: dum suā recitando visionem asserit deu3 in forma ⁊ similitudine hominis igne circundanti se vidisse. Certu3 est enim ꝙ ea forma qua in monte sinai apparuit: ⁊ qua iterum appariturus erat; ab eo visus fuit. Nam cum prima dedit legem: igne ⁊ fulguribus venit. cū vero dedit secundā in hominis forma visus est

¶ Et cum in hac secunda apparitione a iudeis pro maiori parte recipiendus non esset. ideo post visionem inmediante capitulo. ij inquit. Fili hominis mitto ego te ad filios israhel ad gentes apostatrices que mihi rebelles fuerunt. ipsi ⁊ patres eorum ⁊ filij dura facie ⁊ indomabili corde sunt: ⁊ reliqua Per que duritiem cordis vrī

ad veritatem cognoscendam ostendit. quod quidem etiam
⁊ subsequenti capitulo facit. dicens domus aũt israhel no-
lunt audire te: quia nolunt audire me: omnis q̃ppe domus
israhel attrita fronte est: ⁊ duro corde. Qua duritie adhuc
permanentis nolentes scripturam nec litterali sensu nec in fi-
gura suo proprio intellectu intelligere. ¶ Nunquid non xp̃i
xxij. figura mysterium figurauit hic propheta cuꝫ capi. xvij. ait. Hec di-
cit dñs deus. Et sumam ego de medulla cedri sublimis: ⁊
ponam de vertice ramorum eius tenerum: dispergaꝫ ⁊ plã-
tabo super montem excelsum ⁊ eminentem: in monte subli-
mi israhel plantabo illud. ⁊ erumpet in germen: ⁊ faciet fru-
ctum: ⁊ erit in cedrum magnã. ⁊ habitabunt sub ea omnes
volucres: ⁊ vniuersum volatile sub vmbra frondium eius
nidificabit. ⁊ scient omnia ligna regionis: quia ego domin᷒
humiliaui lignum sublime: ⁊ exaltaui lignum humile: ⁊ sic-
caui lignũ viride ⁊ frondere feci lignum aridum. ego domi-
nus locutus sum ⁊ feci. Inuenietis forte in his verbis ali-
quid quod xp̃o hiesu non attribuat̃: nisi more vestro illud
peruertere velitis: Ex eo. n. q̃d de medulla cedri dixit. xp̃ꝫ
qui de stirpe ⁊ sanguine dauid secundum carnem fuit: figu-
rauit. Per id aũt quod dixit. Et ponam de vertice ramoꝝ
eius tenerum. xp̃i figurauit regnuꝫ quod in principio sui te-
nerum ⁊ debile esse debebat. Cum vero ait. Et plantabo
super montẽ excelsum ⁊ eminentem. huiusmodi rami plã-
tationis locum figurauit. quem ipsemet declarando subdit
In monte sublimi israhel plantabo illud. Subsequenterqꝫ
eius excellentiã ⁊ magnitudinem figurando ait. Et erũpet
in germen ⁊ faciet fructũ: ⁊ erit in cedrum magnam. ita ꝙ
multitudinem regum ⁊ gentium que eius dominio subici
debebãt: figurando subdit. Et habitabũt sub ea omnes vo-
lucres ⁊ vniuersum volatile sub vmbra frondium eius ni-
dificabit. Demum cum mysterium hoc mirabile valde sit:

⁊ di facile audita ꝙ a principio adeo debili quo verbū in-
carnatum fuit, quia scilicet a maria desponsata ioseph, qui
pauper erat, q̄uis de domo dauid esset; sequi deberet do-
minum celi ⁊ terre, ideo concludens propheta ait, Et scient
omnia ligna regionis, quia ego dominus humiliaui lignū
sublime, ⁊ exaltaui lignum humile, ⁊ reliqua. Pro quo vo
lo intelligatis ꝙ ipsa virgo beata in sua laude quam fecit p̄
mo fecit, inquit, Deposuit potentes de sede ⁊ exaltauit hu
miles. Quid nunc sibi voluit micheas cum capitu. vi. inq̄t. xxiij. figura
Venite ⁊ reuertamur ad dominum, quia ipse deuorauit ⁊
sanabit nos; percussit ⁊ curabit nos, viuificabit nos post di
es duos; ⁊ in die tertia suscitabit nos, nisi saluatoris nostri
Iesu christi resurrectionem que tertia die eē debebat figu-
rare: Verba enim hec antiquorum patrum in lymo existen
tiū sūt, q illis duobus dieb⁹ inter medijs liberādi erāt; ⁊ ter
tia die que dies resurrectionis eius erat, debebant tanquā xxiiij. figura
suscitati in conspectu eius in eternum viuere. Mysteriū
quoqꝫ ione pro eodem proposito considerate qui i ventre
ceti tribus diebus permansit, ⁊ tertia die ipsum expuit, qđ
quidem aliud significare non potest, nisi christum iheūm
mansurum in ventre terre tribus diebus; ⁊ tertia die resur-
recturum, quemadmodum ipse ore suo sancto Mathei, xij.
de seipso testimonium perhibet, immo si bene considerabi
tis librum ione totum christi mysterium figurare inuenietis xxv. figura.
Cunqꝫ oseas capitulo, xi, inquit, Ex egipto vocaui filium
meum. Quid significare voluit, dicite, nisi christū post ei⁹
natiuitatem in egypto permansurum vsqꝫ ad tempus; quo
ea pro quibus in terram descendit; consumanda erant, ⁊ ex
inde tunc vocari debere. Modum preterea malachie xxvi. figura.
loquendi animaduertite; cum capitulo primo ait, Si pater
ego sum vbi est honor meus ⁊ si domini ego sum, vbi est ti
mor meus ait dominus exercituum; qui per clausulam illā

dicentem. Si domini sum ego. aliud significare non inten-
dit ꝙ pluralitatem personarum in diuinis quam tota sacra
scriptura nobis vbiqꝫ predicat. aliter enim. Si dominus sū
xx. vj. figura ego dixisset. Cumqꝫ paulopost ait. Non est mihi vo-
luntas in vobis dicit dominus exercituum: ꝛ munus non
sus. ipiam de manu vestra. ab ortu enim solis vsqꝫ ad occa
sum magnum est nomen meum in gentibus: ꝛ i omni loco
sacrificatur: ꝛ offertur nomini meo: ꝛ oblatio munda. quia
magnum est nomen meum in gentibus: dicit dominus ex-
ercituum. Ad quid potest dictum illud applicari dicite: ni-
si ad nouum sacrificium christi: quod gētes recepture erāt
ꝛ cui vetus sacrificium cedere debebatur. certum est enim
ꝙ pro eo tempore loqui propheta non poterat. eo quia di
ctum suum verum non fuisset. cum hierosolima tantum tē-
pore illo deo sacrificabatur. Post autem christi aduentuꝫ
omni loco illi sacrificatum est. ꝛ adhuc: vt scripture testan-
tur: post antichristi bellum sacrificabitur. Cum propte
xx. iij. figura rea capitulo. iij. inquit. Ecce ego mittam angelum meum:
ꝛ preparabit viam ante faciem meam ꝛ statim veniet ad tē
plum suum dominator: quē vos queritis. et angelus testa
menti quem vos cupitis: ecce venit dicit dominus exerci-
tuum: ꝛ quis poterit cogitare diem aduentus eius: ꝛ quis
stabit cum apparuerit. ipse enim quasi ignis purificans: et
quasi herba fullonum. Nunquid non ex primis verbis di
centibus. Ecce ego mittam angelum meum: ꝛ preparabit
viam ante faciem meam. Johannem baptistam figurauit.
qui ante christi aduentum missus est: ad viam preparandū
ꝛ vos ad penitentiā: ꝛ regni dei receptionē disponēdum.
Hic equidē iohannes baptista ex sue vite pfectione magis
angelus ꝙ homo vocari potuit: intantū ꝙ redemptor no
ster ihesus christus de eo mathei. xi. loquendo ad turbas
iudeorum inquit. Sed quid existis videre prophetam; cer-

am dico vobis ꝛ plus ꝙ prophetam. hic est.n.d e quo scri
ptum est. Ecce ego mitto angelum meum. ꝛ reliqua. Cum
ꝙ dicit. Et preparabit viam ante facie3 meam. Nunqd de
alio ꝙ de christo ihesu qui deus fuit. loqui pōt. deus.n. est
qui loquitur hic: ꝛ dicit. Preparabit viam ante faciem me
am. Per id autē quod dixit. Et statim veniet ad templum
suum dñator: quē3 vos queritis. innuere voluit ꝓpheta ꝙ
facta annuntiatione angeli de hm̄oi aduentu. illico domi-
nator dominus ihesus apparere debebat quemadmodum
euangelia cuncta super veritate hac testimonium perhibēt
Et vt de errore vestro in expectando ipsu3 adhuc vos de
duceret. subsequenter ait. Et angelus testamenti quē vos
vultis. ecce uenit: dicit dñs exercituū. quasi diceret. quem
vos expectatis venit iam: ꝛ vos eum nō recepistis. Et tan
dem vt ostenderet: quia de christo loquebatur concludit:
ꝛ dicit. Quis poterit cogitare diem aduentus ei⁹. ipse enī3
quasi ignis purificans ꝛ reliqua. Cumq; insuper parum xxix. figura
infra ait propheta. Si configet homo deum. quia vos con
figitis me. quid significare vult. nisi christi crucifixionem:
a vobis fiendam. scitis enim dictionem illam haigbag he-
braice. Si configet. latine significare. Deniq; sciēs ma- xxx. figura.
lachias vos pro maiori parte christi euangelium receptu-
ros non esse. ideo suum concludens sermonem: de eodem
iohannis baptiste aduentu iterum mentionem facit. vt vos
magis attentos redderet. dicitq;. Ecce ego mittam vobis
eliam prophetam antequā veniat dies domini magnus et
horribilis. q̄ qdē loco declarat eundē iohānē baptistā esse
eliā: de quo ꝓphetanī ꝓphete. q: xp̄i aduentū eu.ãgelisare
debebat: ꝛ viam ante eum parare. Et nos porro Mathei
vndecimo ex hoc de ore christi certificamur. quia ait. Ip-
se est Elias qui venturus est. ¶ His visis ad conti- xxxi. figura.
corum librum pergite obsecro. quē3 si recte considerabitis

cognoscetis qꝛ figura est cõiunctionis diuinitatis cũ huma
nitate virgine beata mediante ad quam vniuersus liber di
rigitur. quasi deus pater charitatis ardore pro ea ipsum di
caret. Unde per aliquas eius particulas discurrẽdo dicite
queso quid sibi voluit: cũ ei dixit. Introduxit me rex in cel
laria sua. nisi eleuationem raptionemqꝫ beate virginis: per
spiritus sancti effusionem: ad diuina mysteria contemplan-
da figurare. ¶ Cumqꝫ ibidem dicit. Nigra sum sed formo
xxxij. figura. sa filie hierusalem: quid significare voluit. nisi ipsam beataꝫ
post sui filij passionẽ nigris indutam: sub qua nigredine pul
chritudinem ꝛ formositatem beatitudinis habere debebat
xxxiij. figura. ¶ Rursum quando parum infra ait. Indica mihi quem di
ligit anima mea vbi pascas vbi cubes in meridie. Ipsaꝫ be
atam figurauit querenteꝫ pro sui in hoc mundo consolatio
ne post filij passionem sue habitationis locum. ꝛ hoc secuꝫ
xxxiiij. figura manere desiderans. ¶ Cuius petitionis responsio est. Si
ignoras te o pulcherrima inť mulieres: egredere ꝛ abi põst
vestigia greguꝫ pastoꝝ: ꝛ pasce hedos tuos iuxta taberna-
cula pastoꝝ. Per que verba ad apostolos remittit: qui xpi
xxxv. figura gregis pastores sunt. ¶ Nunquid forsan in gremio matris
xpm contẽplamur. cum eodeꝫ capi. legimus fasciculus mir
xxxvi. figura. re dilectus meus mihi inter vbera mea cõmorabiť. ¶ Cu-
ius amore ipse beata inebriata subsequenti capi. inquit Ful
cite me floribus: stipate me malis quĩ amore langueo.
xxxvij. figura. ¶ Nonne ẽt ipsam in celo assumptã nobis verba illa osten
dunt capi. iij. dicentia que est ista que ascendit a deserto si-
cut ṽgula fumi aromatizata mirra ꝛ thure: ꝛ vniuersis pul
xxxviij. figura. ueribus pigmẽtarij. ¶ Uoluit deinde ce ꝛ vesti um: ad ca.
iiij. ꝛ domus dauid fortitudinem. sub cuius imperio omnia
regna mundi subijciunť: videbitis. quĩ ab ipsa beata virgi-
ne dependet. Inquit. n. sicut turris dauid collũ tuum edifi
catum cũ ꝓpugnaculis mille clypei pendẽt ex eo omnis ar

matura fortiũ. ¶ Nunquid nõ etiã mecũ intelligitis deũ paulo post declarantem virginem ipsam inuiolatã post partum pmanentẽ cum ait. Tota pulchra es amica mea ⁊ macula non est in te. ¶ Aut ipsam matrẽ gratie angelo annũtianti respondentem nõ intelligitis. Ecce ancilla dñi fiat mihi secũdum verbum suũ: cũ capi. v. inquit. Ueniat dilectus meus in hortum suũ: ⁊ comedat fructum pomoꝝ suoꝝ ¶ Et cum p spirit⁹ sancti emissionẽ: inmediate post cõcipere deberet. Jccirco subsequenter ait. Ueni in hortum meũ soror mea sponsa. quasi diceret. ꝙ tua habita responsione spiritus sanct⁹ superueniet in te. ex quo sola in mũdo beata facta es. ipso dicente. Una est colũba mea pfecta mea vna est matri sue. hoc est diuinitati que in se accubabit. ¶ Que qdem gloriosissima mater cũ magis a gentilibus ꝙ̃ a iudeis colenda esset. ideo capi. vij. id figurãdo inquit. Ueni dilecte mi egrediamur in agruz commoremur in villis mane surgamus ad vineas: videam⁹ si floruit vitis si flores fructus parturiunt: si floruerunt mala granata: ibi dabo vbera mea tibi. quasi dicat. Postꝙ̃ nostri nos non cognoscunt. eamus in agrum. i. ad alienas gẽtes: ⁊ videamus an ipsas dispositas inueniemus vt in eas fructum producamus. tũ erit ibi dabo vbera mea tibi: vt ecclesia tua apud eas nutriatur. Et cum talis dispositio in alijs gentibus reperienda esset. iccirco illico talia fatur. Mãdragore dederũt odorem: ⁊ in portis nostris omnia poma noua etiam vetera dilecte mi seruaui tibi. vbi notanter dixit etiam vetera. primo propter iudeos qui in eius aduentu ipsum receperunt erant. mox pro residuis post antichristi bellum seruandis. ¶ Demum si militantem ecclesiam figuratã inspicere vultis. matris dei verba capitu. viij. meditãdo legite: cum ait. Soror est nobis parua ⁊ vbera non habet: quid faciemus sorori nostre in die quando ad loquenda est. Certum est

xxxix. figura (margin, line 1)
xl. figura (margin, line 4)
xli. figura (margin, line 8)
xlij. figura (margin, line 13)
xliij. figura (margin, line 29)

enim q per sororem paruam vbera non habentem ecclesiā militantem sui principio intellexit quando scilicet nondum ampliata erat. De qua quasi ipsa mater beata deum patrē allocuta esset: interrogatiue inquit. Quid faciemus sorori nostre in die quando alloquenda est: hoc est: quando incipienda ordinandaqz erit. Cui respōdens pater omnipotēs ait. Si murus est: edificemus super eum propugnacula argenteum: et si hostium est compigemus illud tabulis cedrinis. ac si diceret. Si ecclesia ista firma et vt mur⁹ fortis erit et nos ipsum fortificabimus: pulchramqz faciemus. edificando super eam propugnacula argentea videlicet oracula ad diuinum cultum dicata. Si vero hostiū est scilicet nō firma neqz stabilis sicut hostium. et nos compigemus eam tabulis cedrinis ad ipsam bene confirmando. ¶ Ipsa autem

xliiij. figura. gloriosa mater ad hec respōdens ait. Ego murus et vbera mea sicut turres. volens ex hijs significare ipsam esse debere murum illum super quo militans ecclesia edificāda erat. necnō et vbera sua turres fortes cuilibet hosti et pugnatori fortes resistentes. Ex qua responsione asserit ipsa virgo se factam esse coram deo quasi pacem et quietē reperientem. ¶ Que omnia adimpleta esse oculi vestri vident: et si oculis intellectus videre noluitis. peccatū enim vestra: vt propheta ait: inter vos et deum sic diuiserunt: vt ea que pro salute vestra sunt: capere non possitis.

¶ Nonne inter alia ruth moabitis mysterium animaduertere deberetis: vbi tot misteria permissa fuerunt. propterea quia a suis descendentibus erat dauid oriturus a cuius radice christus iesus secundum carnem oriturus erat.

xlv. figura Quidqz sibi voluit iob nisi incarnationis mysterium et christi surrectionem figurare. cuz decimo nono capitulo inquit Scio enim q redemptor meus viuit: et in nouissimo super terra surrecturus est. Et rursum circundabor pelle mea: et

de carne mea videbo deum. quippe dico vobis q̄ nisi corda vestra obturata essent. verba hec ad veritatem perscrutandam omnino vos obligare deberent. videmus enim deum in vltimo ad eliphaz themanitem loquentem dicere. Iratus est furor meus in te: ⁊ in duos amicos tuos: quoniam non estis locuti coram me rectum: sicut seruus meus iob. vbi si de prefigurato mysterio non intellexisset: non videremus dictum hoc posse super aliqua veritate fundari. Nam quemadmodum de se manifestum est. in toto residuo libri fuit iob pessime se gessit: infinita vana de deo loquēdo. Et quamuis hec talia mysteria ⁊ eis similia: vestri cordis duritie considerata: vobis parum prodesse videantur. attamen ab eorum recitatione non desistam. vt si non cum vno cum alio ad veritatem contemplandam excitemini.

¶ Nam nemo sane mentis nisi a perfidia impeditus: posset visionibus danielis de christi regni non acquiescere. scimus enim per primam capitu. ij. contentam tale mysterium ad plenum demonstrari. nam de precedentibus quattuor mundi regnis notitia perfecta assignata. quintum aggrediens ait. In diebus aūt regnorum illorum suscitabit deus celi regnum quod in eternum non dissipabitur: ⁊ regnum eius alteri populo non tradetur. cōminuet autem ⁊ consumet omnia regna hec ⁊ ipsum stabit in eternū. O stulti ⁊ tardi corde ad intelligendum ea que a prophetis predicantur. Nonne audiuis danielē dicentem debere deum in diebus romani regni quod quarto loco figurabatur celi regnū suscitare: ant non eodem tpe: vt historie testantur: xp̄i regnū suscitatū est. Et deinde quēadmodum ipse daniel asserit: nō videmus regnū hoc ppetuari: ⁊ oīa alia regna mūdi cōminuisse: Non obstāte q̄ post antichristi bellum hec abūdantius obseruabuntur. Tunc. n. vniuersus mundus testātibus ꝓphetis xp̄i regno subiciet. Pro q̄ ipse saluator noster mathei vltimo xlvi. figura

dixit. Data est mihi omnis potestas in celo et in terra.

Cũq; sequitur daniel dicere. Scdm qd vidisti q de mõte abscissus est lapis sine manibus: et comminuit testã et ferrum: et es: et argentum: et aurum. ex hoc dicto modus nascendi xpi figuratur. lapis enim hic xps ihesus est q per alios prophetas in lapidem figuratus reperitur. Esaia. xxviij dicente. Ecce ego fundabo in syon lapidem et reliqua.

Per montẽ vero virgo figuratur beata: a qua lapis hic iesus sine humão opere. sed spiritussancti virtute egressus ẽ. videbatur enim de monte sine manibus lapis abscindi.

Prava iudeorum doctrina

Ut autem fatuitatem vestram in sequẽdo paruam vestrorum doctrinam facilius cognoscatis. volo hic de quodam falsissimo supposito: per eos facto in quo error vester circa omne messie mysterium: permaxime fundatur. vobis noticiam tradere. et ipsius falsitatis demonstratiuis rationibus: vos dei auxilio certificare. Dicunt enim romanorum regnum a daniele hic in quartum figuratum: et xpi regnum vnũ et idem esse. necnon et romanũ regnum eẽ in duo regna diuisum. quia scz in christianum regnũ et machometbanum. Ex quo affirmare volunt quintum regnuz messie hic figuratum nondũz suscitatum. sed adhuc suscitandum esse

Cõfutatõ illoꝝ

Cuius suppositi falsitas ex multis manifestatur. Nam xpi regnum cum romano impossibile ẽ eẽ vnum. Regnũ. n. xpi ſm carnẽ a iudeis ortuz habuit. quia a bethleem galilee. et non a romanis. et vltra hoc princiꝑ romanum regnum: regno christi subiugaretur. fuit ab eo varijs persecutionibus ꝑsecutum: prout multitudo martyrum: qui sub imperatorib9 martirisati sunt testimonium perhibet. Romanuz q noq; regnum mundanum: et terrenum fuit. armorũz vi acq̃sitũ. xpi vero regnũ. ꝑut daniel testat: celi regnũ ẽ. qd nõ cũ armis ſz ꝑdicatorĩbus et miraculꝭ sibi alia regna subiugauit. Preterea romanũ regnũ i regnũ machometanoꝝ diuisuz eẽ nõ potuit.

Cum illud post xpi regnum ortum habuerit: quo tempore romanum regnum iam nomen amiserat: et christi regno subiectum erat. et si nonissimis diebus ab eo reges decem a daniele p decem cornua figuratos. suscitandi sint. Ex quibus antichristus egredietur. post cuius debellationem omnia christo subijcient. et prophetie consumatio prorsus tunc erit. super quo et ipse daniel capi. vij. vaticinatur cum sm xpi adventum describit: qui erit ad antichristi regnum debellandum. de quo ipse mentionem facit. figurando illud per cornu parvulum: quod de medio decem cornuum quarte bestie oriebatur. Quod quidem per quintum regnum destruendum erat. Inquit. n. Considerabam cornua: et ecce cornu aliud paruulum ortum est de medio eorum. et tria de cornibus primis euulsa sunt a facie eius. Quo loco vestri rabi summe errant figuram hanc xpo ihesu attribuendo. fundantes se super cornu parvulo a quarta bestia apparente. Quod quidem dicunt christi figurasse regnum: quod a romanis ortum habuit: et sui principio debile fuit. necnon et super verbis que circa capituli finem continentur. dicentibus. Et sermones contra excelsum loquetur. et sanctos altissimi conteret. que super ihesu verificata esse aiunt. qui multa pluralitatem in diuinis denotantia docuit. et identitatem personalem dei et hominis. necnon et alia plura que contra pharisaicam doctrinam assistunt. Ex quibus concludere nituntur regnum hoc christi: per quintum regnum a daniele visum destruendum esse. Quod regnum messie vestri quem inuanum expectatis esse fingunt. quorum falsitatem ex eo cognoscere potestis. quia impossibile est quod cornu illud paruum xpm ihesum figurasset. qui sm carnem a iudea ortum habuit. Cum illud a quarta bestia romanum regnum figurante orietur.

Judeorum error.

Confutatio iudeorum.

Preterea daniel de medio aliorum decem cornuum: cornu illud oriri videbat. quod xpo aliquo modo attribui non pot

necesse enim fuisset: aut post decimum romanorum regnū christum venisse. put rabi levi velle videt: aut q̄ in ei⁹ adventu romanum regnum decē reges simul habuisset Hoꝝ autem utrunqꝫ vanuz est dicere: nec locus datur unde verificari possint. Cumqꝫ dicit daniel. Et tres reges humiliabit. quod est interpretatio visionis trium cornuuz. que per ortū parvuli cornu a facie bestie de decē cornubus evulsa sunt. Quo modo vestri id in xp̄m verificare poterunt. Nū quid forte tres tantum reges christi regno humiliati sunt. Qua insuper veritate fundantur vestri: cum dicunt. christum sermones contra excelsum locutum esse. ipsumqꝫ altissimi sanctos conterere. cum oppositum de directo in eo visum sit. Si autem sup hoc mysterio certificari magis vultis verba immediate sequentia diligenter attendite. cum inqt. Et putabit q̄ possit mutare tempora ⁊ legem et tradentur in manu eius usqꝫ ad tempus: ⁊ tempora ⁊ dimidium temporis. dicit enim. Et putabit q̄ possit mutare. non autem mutabit. christus vero ea que per novam legem ex antiqua mutanda erant. mutavit. Huic quoqꝫ sui appetitus concessioni: limitatum tempus assignatur: cum dicitur. Et tradentur in manu eius usqꝫ ad tempus: et tempora ⁊ dimidium temporis. quod quidem est spatium annorum trium cuz dimidio. Christi vero regnum scitis durasse iam mille quadringentis ⁊ nonaginta novem annis. ⁊ adhuc in eternum ⁊ in seculum seculi: testante scriptura: duraturum est. Tempus autem ⁊ tempora: dimidiumqꝫ temporis spatium annorum trium cum dimidio esse. per sacram scripturam plerisqꝫ locis certificamur. crebro enim tempus pro spatio anni unius in ea accipitur. Et vos non latere scio terminorū infinitatem qui a doctoribus vestris super christi fidei ablatione. ⁊ vestri expectati messie surrectione per hec verba

calculati sunt. qui quidem termini fuerunt omnes elapsi iã ⁊ christi tamen fides in eternum stat, messias autem vester nondum venit. Deniqȝ danielem referentem aspicitis ꝙ propter vocem sermonum grandium quos cornu illud loquebatur. videbat. quoniam interfecta essȝ bestia: ⁊ perisset corpus eius. traditaqȝ esset ad comburendum igni. Quod de romano impio christi tpe verificatũ esse. affirmare minime potestis. certum est enim: prout historie narrant: ꝙ per longum tempus post christi dies romanum imperium permanentiam habuit.

Iudei

Catholica expositio

❡ Recedant igitur de prave vestrorum opiniones a cordibus vestris. ⁊ cum catholicis christianis dicite. danielem per cornu parvum iniquum antichristi regnum figurasse. quod oriturum est quando a residuis romani imperij in aliquibus partibus mundi existentibus: insurgent decẽ reges insimul: qui per decem cornibus a daniele visis figurãtur. Quod quidem regnum per quintum regnum christi: quod diebus quarti regni romani suscitatum iam fuit: destructur. Veniet enim iterum tunc secundo christus ⁊ ipsum qui superbia sua se deum faciet. spiritu oris sui interficiet. Quo tempore: vt omnes prophete clamant: prodigia ⁊ iudicia magna in orbe toto faciet. ⁊ post illud dabitur ei potestas ⁊ regnum vniversale. s. ⁊ perpetuũ. ita ꝙ apud omnes erit ipse christus vnus. ⁊ nomen eius vnum. ipso Daniele dicente. Aspiciebam ergo in visione noctis: ⁊ ecce cũ nubibus celi: quasi filius hoĩs veniebat: ⁊ vsqȝ ad antiquũ dierum pervenit: ⁊ in conspectu eius obtulerunt eum. ⁊ dedit ei potestatem ⁊ honorem et regnum: ⁊ omnes populi tribus ⁊ lingue ipsi servient. potestas eius potestas eterna que non auferetur: ⁊ regnum eius quod non corrumpetur. Qua quidẽ visione cõsiderare deberetis. q2 dicit ꝙ ille q

cum nubibus celi veniebat. quasi filius hoīs erat. hic enī
Opinio iudeorum de essentia messie. sm xp̄i aduentum figurauit. qui non proprie filius homīs
fuit. sed apparenter. fuit enim dei filius. Vos autē in con
fusionem vestram dicitis messiam verum hoīem ex mare ⁊
femina natum esse debere. ⁊ super hoc errore fundati spre-
uistis factorem vestrum: ⁊ adhuc spernitis. vnde quemad
modum hieremias ait: proiecta est de celo in terrā inclita
israhel. ⁊ super vos alieni capita sua mouent; factiq; estis
in opprobrium omnium gentium. Quo statu permāsuri e-
stis vsq; quo misericordie sue recordatus deus vultū suum
ad vos conuertet: ⁊ illuminabimini: redemptorēq; vestrū
ihesum: quem confixistis: cognoscetis. quod quidē erit qū
antichristi mysteria consumabuntur. Quanta igitur gratia
impartiatur his qui isto interim a deo vocantur. qui habet
intellectum iudicandi iudicet. ego equidē in domino gau
debo: ⁊ exultabo in deo iesu meo: qui predestinauit me in
benedictionem suā spiritalem. celestisq; vocationis me par
ticipem fecit. ipse enim est deus meus ⁊ saluator meus. Jdē
q; ⁊ vos omne impedimentum deponentes ad propositū
vobis certamen currite. quo a laqueis per vestros rabi vo
bis positis. cum xp̄o ihesu liberabimini. qui proposito sibi
gaudio confusiōe contēpta pro nobis crucē sustinuit.

Scd̄a ps tertie partis. ¶ Et vt ab illorum vinculis liberari facilius possitis.
statui cum memoria causaꝝ vos a receptiōe baptismi deti-
nentium ⁊ earū reprobatione totū compendiū astringere.
erit enim hmōi sermocinatio non inutilis. eo quia moralis:
⁊ sensibilis est: cognitu habilis. Hec itaq; cause ⁊ impedimē
ta nomine satane. licite demonia nūcupari possunt. que sm
q; experientia docet ad quattuor reducuntur. Et sunt hy-
pocrisis ambitione fundata. crassa credulitas fundata in ꝑ
fidia. Auaritia ⁊ superbia. Primo equidem demonio
Prim⁹ demon oēs vestri rabi seruiunt. qui ⁊ si sacre scripture ⁊ ꝓphetiaꝝ

proprium habeant intellectum. Sitq; apud eos de christia na veritate certitudo, relicto redemptore suis predicationi bus cogunt alios in errore suo persistere. Pro quibus lo cutus est hieremias, cum capitulo xxiii. inquit. Ue pastori bus qui dispergunt: et dilacerant gregem pascue mee dicit dominus. Hi quidem sunt: qui hypocrisi induti vos de cipiendo ostendunt se mosaicam legem perfecte obseruare et ambitione pleni vos suis fraudibus post se trahendo pre dicant vobis non esse christi legē aliquo pacto audiendum fundātes se super hoc: quia nō est deus nisi deus habrahe deus isaac et deus iacob. quasi christus hiesus deus ille nō esset. aut istis patribus notus. Utinā sic ipsi opera abrahe facerent. Uos autem o miseri ab huiusmodi doctrina pro salute vestra cauete. Est enim deus ori ipsorum prope a re nibus autem eorum longe. Et vos quidem experti estis: qa quamuis secundum magis et minus suis operibus caute p cedant, impossibile tamen est: quin a fructibus eorum tan dem cognoscantur. quēadmodum enim christus hiesus de illis loquendo mathei xxiii. ait. Super cathedram moysi se dent isti tales: qui dicunt et non faciunt: alligāt. n. onera gra uia et importabilia: et imponunt super humeros aliorum di gito aūt suo nolunt ea mouere. omnia vero opera sua faci unt vt videantur ab hominibus: dilatant. n philateria sua: et magnificant fimbrias: amant aūt primos recubitus in ce nis: et primas cathedras in sinagogis et salutationes in fo ro: et vocari ab omnibus rabi. Uidete quo modo a christo bene describunt hypocriti maledicti. Nunquid non illos eosdem hodierna die videtis diuersos opere a sermone vtiq; videtis. Nec dubitat q si id crederēt: quod alijs pre dicant: tales non essent. Sed tanq̄ illi qui ex certa scientia a via veritatis recedūt dediti Satane nihil anime curant. Unde et eorum apud alias gentes assidua conuersatio nō

est, nisi cum hijs qui in similem lapsum labuntur. Ve tamē illis hypocritis tristibus, qui claudunt regnum celorum ante homines: super quibus esaias capitulo primo clamat. Ve genti peccatrici populo graui iniquitate: semini nequā filijs sceleratis: dereliquerunt dominum, blasphemauerunt sanctum israhel, abalienati sunt retrorsum. Et micheas capitulo tertio: cum ait. Audite principes iacob: et duces domus israel. Nunquid non vestrum est scire iudicium, qui odio habetis bonum: et diligitis malum, qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis: et carnem eorum desuper ossibus eorum. Eant igitur maledicti in ignem eternum eis repositum, filij enim perditionis sunt et vecordes: sapiētes sunt vt faciant malum, bene autem facere nescierūt. Vos autem de medio congregationis huius separemini, et a tabernaculis eorum ne in peccatis ipsorum inuoluamini: recedite. Pedes enim illorum ad malum currunt, q̄uis cōtra sanguinem suum ipsi insidientur, fraudesq₃ contra animas suas moliantur. Attamen dico vobis q ex his qui a deo illuminati sunt: vt veram habeant doctrinam, et ad christum conuertantur: in sorte iustorum cadunt, qui vero per aliam veniunt viam serpentib⁹ peiores sunt. Benedictus dominus: qui non dedit me in captionem dentibus eorum: et me qui inter illos enumerabar ab omni opere malo liberauit: quem pro vobis humiliter oro vt animas vestras de laqo talium venantium eripiat, et ipsas sua misericordia in christo ihesu ad suam gloriam vocare non dedignetur. Necnō et ab ore secundi demonij vos eruat: quod quidem sub specie boni vos seducendo in veteri lege, qua viuitis: vobis salutē pollicef. Hoc vtiq₃ est illud qđ super lr̄as habentes mediocres: dominium vt plurimū habet, qui vlterius non scrutātes doctorum dictis acquiescunt, putantes illos sine

[Margin: Cautela p̄ hu iusmodi demonis euitatione.]

[Margin: Secūd⁹ demō.]

dolo procedere: et consequenter alijs veritatem predicare. Quo etiam errore maior pars vulgi viuit. Super his quidem locutus est hieremias capitulo. v. cuius ait. Audi popule stulte qui non habes cor qui habens oculos nõ videtis: et aures et non auditis. Me ergo nõ timebitis ait dominus et a facie mea non dolebitis. Pro talibus quoque hiesus in cruce orauit: cum inquit. Pater ignosce illis: Quia nesciunt quid faciũt. Est enim secta ista inter alias minus culpanda: cuius non ex certa scientia sicut prima sed ignorantia peccet. immo et ibi cum christianis minus vitiose alijs conuersantur. Unde et eis magis compatiendum est. Et si vultis recipere dicam vobis quod pro hijs: presens opus principaliter dicaui: vt eo mediante a caligine ignorãtie qua obtenebrati sunt: illuminentur. sunt enim isti ad veritatem cognoscendam magis alijs dispositi.

¶ Quamobrem pro eorum salute verba mea meditando legant: eaque tanquam veritatem querentes omni passione seclusa medulliariter perscrutentur. Quod si facient: non dubito quin ipsorum doctorum prauitas eis manifestetur. et sacre scripture itellectus verus christi fauore prout et mihi reueletur: ita quod me omni impedimento deducto derelicta perfidia imitabuntur. De remedio cõtra ipsum.

¶ Rursum aliud esse in vobis demonium animaduerti. quod quidem auaritie vitio temporaliumque bonorum cupiditate vos a salute tollit. Sub cuius dominio quamplurimi sunt qui ab aliquo tepido spiritu commoti: coniecturari videntur: et aliquibus discursibus quodammodo cognoscere: christianam esse fidem qua quilibet saluari põt. et vicit tamen a prauo spiritu et demoniaco isto: mallẽt omnes cũ suis bonis. in perditionẽ labi quam sine illis post mortem viuere. loquitur enim ad eos demon dicens: Quia impossibile est cum paupertate vitam eternam possidere. Et quod caueant Tertius demõ

ne christianoꝝ promissiones eos seducant; multa eniȝ ante factum cum nullo post factum effectu sepenumero eis pollicentur. ¶Quanta autem istorum insania sit: cuilibet recte iudicanti facillime patere potest. Nam huiusmodi demonis doctrina: ⁊ veteri ⁊ noue doctrine immo ⁊ philosophie contrariatur. Scimus enim apud omnes de per se notum esse: ꝙ magis perfectum minus perfecto preponenduȝ sit. nec philosophus superfluas laudat diuitias: sed in extremo vitio illis locum assignat. Videmus enim ipsum vt in ethicis patet felicitateȝ ⁊ bonum in contemplatiua vita collocare. Non obstante ꝙ in infinitis locis a sacra scriptura moniti simus: ⁊ cauti facti: ne a tali demonio vincamur. Nunquid non memores estis salomonis qui diuitias spernens: sapientiā duntaxat a deo patre: regum tertio. capitu. iij. postulauit: Et dauid spiritu gratie pleni: qui in omni vita sua diuitias in perfectionis anime comparatione in nihilum reputauit: Nonne verboꝝ eius psalmodi. recordamini: cum increpans malum inquit. Propterea deus destruet te in fineȝ euellet te: ⁊ emigrabit te de tabernaculo tuo: ⁊ radicem tuam de terra viuentium: ⁊ videbunt iusti ⁊ timebunt: ⁊ super euȝ ridebunt: ⁊ dicent. Ecce homo qui non posuit deum adiutorem suum: sed sperauit in multitudinem diuitiaruȝ suarum ⁊ preualuit in vanitate sua: Super hijs quoqȝ loquitur iesus marci. x. cum ait. ꝙ difficile est confidens in pecunijs in regnum dei introire. Mementote obsecro: quoniam: quēadmodum apostolus paulus ad thimotheuȝ prima capitulo vltimo testatur: Nihil intulimus in hunc mundum: nec auferre aliquid ab ipso possumus: Habentes autem alimēta ⁊ quibus tegamur his contenti sumus. Et qui volunt diuites fieri intēptationem ⁊ laqueum diaboli incidunt: ⁊ in desideria multa nociua que in interitum ⁊ perditionem homines mergunt ra

dix enim omnium malorum est cupiditas. quam quidem appetentes: necessario in fide erant. Uos autē si homines dei esse vultis: hec fugite Sectamini vero bonum certamē fidei vere iesu christi: et apprehendite vitam eternam: ad quam prius aliis vocati estis. Et cum hieremia capitulo. nono dicite. Non glorietur sapiens in sapientia sua: et non gloriet fortis i fortitudie sua: et nō glorieт dives i divitiis suis Sed in hoc glorietur qui gloriatur: scire et nosse me: quia ego sum dominus qui facio misericordiam: et iudiciuз: et iustitiam in terra. Et q̄uis bonorum amissio absq3 eorum recuperationis certitudine difficile non parum sit. egestasq3 et paupertas presenti vita amarissima. in nihiluз tamen id existimandum est in respectum boni anime quod timentibus deum reservatum est. Non obstante q̄ si bona vestra christuз sequendo derelinquetis: esto q̄ promissa vobis nō observentur: adest iesus qui dicit vobis: Centū pro vno accipietis. qui si retribuet vobis: et abundare vos faciat: cognoscite: quia ab ipso procedit: et tanto magis in eius amore cōfortamini. Si vero res non sic procedere videatis: caveте ne quando in scandalum incidatis cogitando cogitationes malas: Uos enim nescitis quid petatis: ipse autez bene scit quid vobis magis expediens sit. et vos tunc confiderate: et cum hoc cōsolamini: quoniaз filius hominis non habuit vbi caput suum reclinaret. Quam considerationem in mente vestra continue habeatis. Nam qui christi vitaз cōtemplatur: et ipsam imitari nititur: in eternum non peribit. Qui autē ab ea recedunt: et pro vanis certa relinquunt: regnum celorum intrare non possunt. et pro eis locutus est salomon ecclesiastis quinto cuз ait. Est et alia infirmitas pessima quam vidi sub sole divitie conservate in malum domini sui. necnon et philosophus ethicorum primo cum inquit. Jam enī quidam perierunt propter divitias. Querentes

vero dominum non peribunt in eternum. Quem quidem
saluatorem meum laudabit anima mea: quoniam factus est
adiutor ⁊ protector mihi: ⁊ me a perditione liberauit. Sit
igitur nomen eius benedictum: ⁊ maiestati sue laus ⁊ glo-
ria qui ambulare fecit pedes meos iter rectum ⁊ in iuuen-
tute mea neqꝫ hoc neqꝫ quartum demonium curaui.
¶ Quod quidem superbie vinculis vos in cecitate detinet
hoc enim est quod sua insipientia quãdo quis vestrum mẽ
tem ad salutem dirigeret: illum diuertendo confestim in cor-
de eius talia verba mouet. Quid tibi cum christiana religi
one o miser: in qua ⁊ si anime beatitudinis certamen habe-
retur: infinitas species delusionum inuenies: quibus ab ip-
sismet christianis delusus eris. Primo enim tue conuersi
onis causas christianus perquirere vult. quas si nisi perfe-
ctas inuenerit: esto ꝙ hilari ⁊ iocundo aspectu pro tunc te
aspiciat: continue tamen de te ambiguus erit: nec se resol-
uere sciet: an odio vel amore dignus sis. Cumqꝫ palam aut
clam tui sermo fiet: non aliter ꝙꝫ de suspecto homine erit re
solutio. Necnon pro eo ꝙ a iude sanguine venisti ꝙꝫ pluri-
mis calumnijs atqꝫ opprobrijs cunctis diebus vite tue sub-
iectus eris. Nam si christiana vita viuere conaberis illico
cum hypocritis alios decipere querentibus enumeratus
eris: caputqꝫ post te mouebitur: ore dicente Nunc tibi cre
do minus. Si vero non ea obseruatione sed magis libere
procedes: statim de te murmurabitur: ⁊ reus christiani no
minis condẽdaberis. Et dato ꝙ merito christiane gratie ti
bi concesse: nõ possint opera tua nisi laudari. Attamẽ qua
cunqꝫ occasione data vnicuiqꝫ pro proprio interesse. cõtra
te os suum aperire licebit: vt dicat te omnino iudeorum na
turam sapere: ita ꝙ te ⁊ opera tua iudicare nunqꝫ cessabit:
de quocunqꝫ illorum dicendo ꝙ propterea christianam fi-

dem sectatus sis: presupponendo semper te nullo pacto pro prio sue christianam fidem sumpsisse. immo dicere audet quod ille qui sue secte fidelis non est: aliena fide perfectus esse non potest. Et hac opinione fundati: dictum hoc in prouerbium verterunt: dicentes quod nunquam iudeus fuit bonus christianus. Quapropter erit vita tua quasi pendens ante te: eris quoque suspensus ad terrorem eorum que videbunt oculi tui. Non obstante enim quod ipse colligat te: et tuis necessitatibus succurrat: si tui deus misertus fuerit: ita quod benedicat opera tua: teque bonis abundare faciat: tali modo quod ad sua seruitia constitutus: sicut tempore egestatis non fueris: tunc apud eum christiano nomine amplius non vocaberis: quasi de diuitijs non sit similis lex sibi tibique. Ad honores insuper et dignitates te christianus non admittet: Dicit enim Nunquid iudeus super nos dominabitur: nec etiam virtutes tue: et alia dona tibi concessa: apud eum tanti erunt vt quibuscunque agendis negocijs tua recordata origine quicquam valeant. Semper enim omnium sermonum conclusio est: quia de hebraico semine ortus est iste. Et hoc sono in auribus eorum resonante sic obstupescunt: ac si nihil turpius nihil onerabilius audiri possit. Unde et christianam hodierno die religionem petere: nil aliud est: quam christianis se odiosum reddere: Et tu: propter calumnias quas continue sustinebis: tua durante vita ea fide abiectus et pauidus eris.

De remedio contra ipsum.

¶ Talibus igitur persuasionibus et eis similibus o miseri demon iste vos a salute tollit: et facit in profundum abissi precipitare. Quod si sermones meos susceperitis: gustaueritisque rationes meas: non dubito cunctas has persuasiones in nihilum reputabitis. Nam si predicta seu ipsorum aliqua tempestate hac verificari videantur a vobis primo processisse omnino concludendum

est, destructores enim tui: et dissipantes a te ipsa exiuerunt. Mementote obsecro multitudinis eorum qui christianam fidem sponte sectati sunt, de quibus bona sperabatur vita: et tandem non tantum iudaice, sed diabolice vixerunt. Fuit quippe ipsorum ritus adeo abominabilis: quod non modo aliorum conuertentium suspitionem causauerunt. Sed et antiquos sanctos: qui de iudea gente descenderunt, quodammodo inficere visi sunt. Fuitque praua eorum vita in causa vt ipsi et qui inuiti ad christi fidem venerunt: Pari nomine marrani nuncuparentur. Cum omnibus tamen hijs non stat. vt hij qui conuersi catholice viuunt: apud veros et bonos doctosque christianos grati: vt decet: non recipiantur. Possum etenim egoipse super hoc testimonium perhibere. Si vero apud aliquos id minime obseruetur. sed potius demonis verba verificari videantur: illi profecto in sorte malorum: seu ignorantium cadunt. Non enim sciunt seu recordari nolunt. quoniam nulla inter te et ipsos differentia existit nisi scripturarum interpretatio. et quia fides sua. que tua dici deberet. a tua parturita est. Scimus enim quod in iudea ortus est christus mundi saluator. Unde si tu iudeus ipsum queris: tanquam tuum verum et proprium redemptorem ipsum queris. Nunquid non per prophetas iudeis primo et principaliter promissus est christus. aut ipsumet saluatorem Johannis. iiij. dicentem. Non audiuimus. quia salus ex iudeis est. Et Marci. vij. iudeos filios appellare. gentiles vero canem non videmus. cum ait. Sine prius saturari filios non est enim bonum sumere panem filiorum: et mittere canibus. Nonne insuper apostolum paulum ad romanos primo predicantem legimus. Uirtus enim dei est in salutem omni credenti: iudeo primum et greco. Et ad thessalonicenses secundo. Uos enim imitatores facti estis fratres ecclesiarum dei que sunt in iudea in christo ihesu. Ad quid ergo oportet tueco

uersionis causã christianum inuestigare; nisi pro non recte venientium cautela. Tu autem qui solum vt possideas vitam eternam: baptismum queris, si aliqui christiani tui perfecte non resoluantur, non cures, sufficit enim tibi vt ille qui te ad se vocauit iesus noscat te. Ante cuius tribunal omnia recte iudicabuntur, opera quoqȝ tua si fidelia erunt, aliquo christiano ipsa in malam partem iudicante, noli expauescere, ipse enim nõ potest; nisi que oculo patent; iudicare; et tu scias ꝙ pater tuus qui videt in abscondito ipse reddet tibi. Calumniaȝ insuper et opprobria; murmurationesqȝ si mundi corde eritis, non existimetis. Omnia enim hec ad vestrã perfectionem faciũt, vt in dei regno digne habeamini. iesu dicente. Beati estis cum maledixerint vobis homines, et persecuti vos fuerint, et dixerint, Omne malum aduersuȝ vos mentientes propter me. Gaudete et exultate quoniaȝ merces vestra copiosa est in celis. Quapropter et vos omnia hec patimini nemini dantes vllam offensionẽ. vt non vituperetur mysterium vestrum; sed ĩ omnibus exhibeatis vosmetipsos, sicut dei seruos; in multa patientia; tribulationibus; in necessitatibus et angustijs; et laboribus. et in charitate non facta; in calumnijs et contumelijs. cum verbo veritatis et virtute dei. Et dico vobis ꝙ intantum minus he contumelie curande sunt, inquantum earum plurime; in vilipendium illorum; qui ad christi fidem conuertuntur; a iudeis ortum habuerunt. solent enim christianis aliquem cõuersum laudantibus, sepenumero respondere, nunquam iudeus fuit bonus christianus, et ꝙ ille qui suam derelinquit fidem; non potest alteram recte obseruare. Ipsorum autem dictũ q̃ ad vtrãqȝ ptẽ mãifeste falsũ existit, infiniti. n. ad xpi fidẽ iudei venerũt; q inter catholicos et sanctos enumerati sunt. In forte quorum anima mea cadat. Pari quoqȝ modo et mutatio de malo in bonum, et de bono in mel⁹ apud

omnes laudatur:precipue vbi de anima agitur. Eodez vti ꝙ argumento abrahā qui vitam patris recusauit: ꝛ deo adhesit:condemnari posset. Necnon et apostoli. ꝛ alij christum sequentes:gentilesꝙ. Quamobrem in redemptorem vestrum confidite. nam si perfecti christiani eritis corde: et pro posse opere: ꝛ sermone neminem talium curare debetis. Nunꝙ enim lingua dolosa poterit tunc nocere vobis Utinam non plus sibipsis nocerent. qui de omni verbo ocioso quod locuti fuerint indigne contra vos: habent reddere rationem in die iudicij. Si autem pro mala sorte vestra mens ab opere ꝛ verbo dissona esset. ve capitibus vestris. Nunquid putatis ante faciem dei abscondi. qui secundum corda vestra retribuet vobis. Et si ceci a peccato diceretis. Sufficit nobis homies decipere. id minime credatis. Nihil enim est opertum: quod non reueletur. Necnon ꝛ sicut facta bona manifesta sunt. sic ꝛ que aliter se habent abscondi non possunt. Quamobrem talibus aliquo modo assimilari nolite. qui enim in ouile per ostium nō intrat fur est ꝛ latro. Et dato ꝙ ad dignitates: ꝛ honores a christianis admissi non sitis. quid ad vos. ista quidem vana ꝛ nullius momenti sunt. ꝛ quāuis in hoc ipsi mosaice procedāt: qui alienos ad fidem suam venientes p aliquod tempꝰ ad dignitates ꝛ honores non admittebat. forte ꝙ permissio dei est: ne eleuetur cor vestrum: ꝛ obliuiscamini sui: ꝛ esset vobis in scandalum. Sed vos ab ipso discite: qui mitis et humilis corde est. ꝛ inuenietis requiem animabus vestris Beati enim sunt qui mites et pauperes spiritu sunt: quoniam ipsorum est regnum celorum. cui huius mundi regnuz equiperari non potest. Hoc quidez cucurbite: que sub vna nocte nascitur: ꝛ sub vna nocte perit assimilatur. Illud vero sempiternum est: quod nunꝙ commouebitur. Uos ita

q ab istis cogitationibus vanis tollite. ᷦ que anime sunt: curate. Nunquid forte pro illis baptizamini: absit a vobis Nec turbet vos ꝙ christiani in rebus agendis locum vestrum vobis non assigneut: ᷦ ꝙ recusent vos vestra considerata origine tanꝙ viliores: ᷦ infirmiores ipsis. Naꝫ qui hoc faciunt: non considerant: quoniam advocatam suam spernunt virginem scꝫ beatam. que iudea fuit. necnon ᷦ apostolos: aliasqꝫ fidei columnas spernunt. Et ꝗ̄uis iudei ꝓpter peccatum contra christum commissum hec pati merentur. Non tamen qui ad fidem cōuertuntur. tali legi subiecti sunt. Ibi enim ᷦ per vetus ᷦ nouum testamētum altis christianis ad minus equales sunt. teste Esaia q capitu. lvi ait. Et non dicet filius advene. qui adheret domino dicens. Separatione dividet me dominus a populo suo. Et ipsomet saluatore mathei. xx. i parabola patrisfamilias. qui misit operarios ad vineaꝫ. cum ait. Sic erunt nouissimi ꝑmi: ᷦ primi nouissimi. Necnon ᷦ ipso apostolo. ad Galathas tertio. qui dic. Omnes enim filij dei estis propter fidē que est in christo ihesu: quicunqꝫ enim in christo baptizati estis: christum induistis. Non est iudeus neqꝫ grecus: non est seruus neqꝫ liber: non est masculus neqꝫ femina. omnes enim vos vnum estis in christo iesu. Et adhuc bis qui nobilitati versantur: nonne notum est ꝙ ante christi passionē nulla erat gens nobilior israelitica: quā ab initio deus sibi in specialem elegit. Alie enim gentes idolis seruiebant. Notus autem: vt psalmus cantat: semper in iudea fuit dominus: ᷦ in israhel magnum nomen eius. Et intantum dilexit vos ꝙ mysteria plurima adhuc seruauit. vt reliquias vestras saluas faceret. Si quis preterea vestrum de stirpe regali de sanguine virginis descenderit. Quis enim similis sibi in nobilitate erit. Nec obstat: quia tui preteriti seu presentes nō fuerunt: nec etiam sunt: per gratiam. sicut

tu vocati. Semper enim christi fides a sui primordio sic processit. iesu mathei. x. dicente. Ueni enim separare hominem aduersus patrem suum: et filiam aduersus matrem suam: et nurum aduersus socrum suam. Et hoc ideo: quia spiritus vbi vult spirat. Talis igitur differentia inter fideles vnde nascatur: nescio neque arbitror quod alicuius momenti sit. Scimus enim quod non est acceptio personarum apud deum. Idcirco et vos ex his non conturbemini: sed quilibet vestrum a via sua mala recedat: et deum oret: vt suum illuminet intellectum ita quod veritatis viam agnoscere possit: et agnita custodire.

Ephilogatio. ¶ Sed vt ad id vos dispositos reddatis: hypocrisim perfidiam auaritiam atque superbiam a cordibus vestris remoueatis Quod si facile facere vultis: euangelia legite: que omnia hec perfecte vos facere docebunt: Et si crederem vos ipsa libenter recipere: libentissime in hebraicum vobis traducerem. Nam me certum reddo quod si eorum verba gustaretis: in lumine ipsorum lumen videretis. Ex eis enim verificationis prophetiarum de messia loquentium in christo iesu certitudo inuenitur. Ex cuius verbis et vita manifeste cognoscitur: quia cum humanitate fuit in eo diuinitas coniuncta. Impossibile enim esset a simplici homine posse talia audiri aut videri. o diuina maiestas quis ad profundum sermonum eius descendere posset: o absoluta bonitas quis mirabilem et perfectissimam vitam suam perfecte describere sciret. nemo quippe. Aut forte ad ideo actus venit xpus: Numquid non si voluisset passiones cunctas: quas passus est: et mortem fugere potuisset: vtique potuisset. nisi quod voluit pro mundi salute pati: morique: prout prophetie predixerunt: quas quidem vos ceci a peccato recte intelligere non potestis. nam quamuis cunctas esse consumatas indubitate videamus. Nonne ad minus deberent corda vestra excitari vt veritatem inuestigarent

ad infinitissimam multitudinem sanctorum: qui expreto mū
do: tot diuersa martyria: totqꝫ horrenda genera mortis: ꝓ
christo ihesu sustinere voluerunt. Quis enim compellebat
istos id pati: nisi ardor spiritus sancti in eos infusi: per quē
ad beatitudinem vocabantur: putatis ne forte ꝙ tanta ho-
minum multitudo inter quos magni reges: ⁊ principes in
teruenere: fuerit insanita. Taceo infinita: ⁊ indicibilia mira-
cula per christum facta: ac etiam per istos sanctos in nomi
ne eius: que post eius mortem a vobis ad suos fideles trās
lata sunt. Et vos litteris priuati: qui ex dictis vestrorūʒ ra-
bi crebro ista repellitis: dicētes ꝙ īpossibilia: ⁊ nature re-
pugnare videntur: cur hoc eodem argumento non repel-
litis ea que ante christi aduentum veteri lege scripta repe-
ritis. non enim illa magis istis ab hac petitione absoluūtur
Sicut ergo illa creditis: sic ⁊ ista pro salute vestra credite.
Nā si illa vera sūt. vtiqꝫ ⁊ ista vā sūt. Fuerūt. n. illa facta vt
ad ista vos disponerēt. idcirco his credite ⁊ si rabi vr̄is. q do
lose mendacium predicant vobis: necnon ⁊ iacture vestre
credite qui post peccatū vestrum in christū dati estis in ꝑ-
dā ⁊ cōculcationē oib⁹ gētibus estisqꝫ in opprobriū omniū
⁊ rapinā ⁊ nō est qui eruat. quis enīʒ dubitat ꝙ si deus vo
biscum esset. res aliter procederet. nōne fuerunt omnia ista
a prophetis vobis predicta vtiqꝫ fuerunt. Et ego qui non
sum ex illis qui post receptioneʒ baptismi vos persecuti sūt
Sed volui memetipsum formam dare vobis ad me imitā-
dum. Decreui hec vobis dirigere: non vt christianis vos
odiosos redderem: sed vt vos saluos faciam. Christus eī
non docet me vos a fide repellere. sed ad ipsam vocare. nā
cum omnibus inquinamentis vestris voluit vos saluos fi
eri: non damnari. Et non credatis cogitatiōes vestras me
ignorare. que aduersus me post conuersionem meam ꝑ ali
quot annos fuerunt: quia vobis persuadere nequiueratis

me tantūmodo: vt vitam eternam possiderem: christi fides sectatum esse. Postq̄ʒ autem de hoc iam certificati estis: videtisq̄ʒ me iesum deum meum toto corde meo: ꝛ tota anima mea diligere. Cur me non sequimini: presertim cum ostenderim vobis me fundamentaliter ꝛ bene resolutum ipsum diligere. Recedite igitur recedite: exite inde. quia non est ibi animabus vestris requies. ꝛ ego quidem saluatorem meum orare non cessabo: vobis per gratiam preuenire: vt vos saluos faciat: non dedignetur. mihi quoq̄ʒ auxilium p̄stet: vt possim vsq̄ʒ in finem sine crimine perseuerare: concedatq̄ʒ pro perfectione mea: ꝛ aliorum salute: vt sic opere ꝛ sermone sibi seruiam. sicut cor meum rectum est cum eo: cui honor ꝛ gloria in secula seculorum. Amen.

¶ Impressuʒ Rome p venerabilē virū mḡrm Eucharium Silber: alias Franck alamanū. Anno Jubilei. M.cccc. Die vero decimaquarta mensis Maij.